

DIALOGVS

Contra duas hic transcriptas Epistolas
nuper editas

IN

PRODRÖMVM

FRANCISCI LEVERAE

*In quo eiusdem Prodromi Doctrina, & Vsus uberrime
confirmatur.*

A V T O R E

SAVINIO MUTO.



ROMÆ M. DC.LXIV.

Typis Angeli Bernabò .

SUPERIORVM PERMISSV.

2 V D O G I A

Imprimatur.


Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palatij Apost.

Oct. Carraffa Archiepisc. Patracen. Vicesg.



Imprimatur.

Fr. Hyacintus Libellus Sac. Apost. Pal. pro Mag.



A D L E C T O R E M

T Y P O G R A P H V S.

Peruerit ad me Dialogus, per quem plene respondetur duabus epistolis à Ricciolo, & Cassino nuper editis contra Prodromum Francisci Leueræ Tychonis sectatoris: & quia in responsione ad dictas duas epistolas multa resoluta, & magistraliter dilucidata conspiciuntur, scitu dignissima, & utilissima, atque ad integrum Prodromi Leuere intelligentiam, & usum, tam circa chronologiam motuum, & temporum motuum cœlestium solarium, quam circa chronologiam temporum rerum insignium in mundo gestarum, & circa exploratam ab eodem Leuera anticipationem veram diei equinoctiorum in anno ciuili Iuliano, eiusque praxim, & usū insigne; & circa errores recentiorū Astronomorum tā in construendis tabulis, & radicibus motū cœlestiū, & ephemeridibus per obseruationes suas, spretis obseruationibus Tychonis, & aliorum omnium, cū suis non conscientibus; quam in supplicando motus cœlestes in omni euo preterito, & futuro. Ideo eas in luceno edere decreui, ut harū nobilissimarū artiū studiosi fruantur beneficijs, & utilitatibus singularissimis ex earum integra cognitione prouenientibus, tā in ipsa Astronomia, & motibus reliquorum planetarum, ac stellarum, quam in Astrologia permissa, & Medicina, & arte Nauigatoria. Cum Dialogo Typis mandaui dictas duas epistolas Riccioli, & Cassini, eas in editione præponendo, ut opposita iuxta se posita magis eluescant lectori. Vale.



A

D.



D. IO. DOMINICO CASSINO

Astronomiæ primario in Bononiensi Gymnasio
Professori meritissimo.

Io. Baptista Ricciolus Soc. Iesu S.P.D.



On potui, Doctissime, & Amicissime Vir, pro veteri nostra necessitudine, ac perspectissima Tua, in Astronomicis potissimum, peritia, atque excellentia, cæterisque præclarissimis animi tui dotibus, ob quas inuidia dudum superata, omnium Bononiensium Nobilium, Doctorumq; & aliorum virorum Principum benevolentiam adeptus es; non potui, inquam, non affici dolore, & quidem iustissimo, dum percurrente Francisci Leuera

Prodromum, aduerti à pag. 124. vsq; ad 128. illum abusum esse meis quibusdam in Almagesto dictis, ad eleuandas improbandasq; obseruationes Tuas peractas ope Gnomonis in S. Petronij Templo per Te constructi summa cum industria, affiduitate, incredibili iudicio, & subtilitate penè dixerim angelica potius quam humana. Evidem priscorum obeliscos ob infidam in proiscienda umbra prolixitatem, & Egnatij Dantis antiquum Gnomonem, ut potè à Meridiani situ enorimenter deuiantem, subtilitatibus Astronomicis ineptos pronunciaui. Sed quorsum hæc ad Gnomonem Tuum, & de quo ne verbum quidem in Almagesto meo, quippe anno 1651. in lucem edito, cum Tu Heliometrum tuum non nisi anno 1656. perfeceras, & exinde obseruationum specimen euulgaueris. Oportebat igitur Leueram hæc tempora distinxisse, sic enim nec Gnomones a me improbatos cum Tu probatissimo Heliometro, nec meas priores obseruationes in mea Specula cum Tuis recentioribus in S. Petronij Basilica habitis uno fasce inuoluissent. Quod autem Tychonica organa tanti faciat, vt aliorum omnium instrumenta obseruationesque præ illis contemnat, haud scio an condonandum sit homini nullis organis ad explorandum cælum (vt qui eum intime norunt, Romaq; discessi Bononia transeuntes mihi affirmarunt) instructo, nec obseruandi studijs addicto, nedum oculis experto, quibus Nos, & quam magnis, imò Tychonicos Quadrantes magnitudine excedentibus organis iam pridem vti consueuerimus. Viderunt tamen hæc, approbaruntque, vt nosti, peritissimi quique harum rerum Bononiæ, sed & exteri ex omni ferè Europæ natione, qui Bononia transeuntes, nihil antiquius habent, quam vt magnum Tuum in S. Petronij Templo Gnomonem, & nostram obseruatoriam Speculam perlustrant, modumq; simplicissima, & ideo evidentissima subtilitate obseruandi Phænomena Cælestia percunctentur. Etsi enim Tychoni Astronomia plurimum debet, non ideo tamen posteris ille aditum ad Vraniam præclusit, nec minus Bononiæ, quam Vraniburgi Cælum patet aut fuet. Omnia tamen organa nostra quantumvis grandia, quod attinet ad Solis obseruationes, ingenti tuo Heliometro cedant oportet: Nimirum cuius excelsitas, que pro Radio seruit, Romanorum Pedum 95. altitudinem exæquat, prolixitas autem Meridianæ lineæ, per ferream laminam intra duas marmoreas planities ad strictam designatae, & cum prædicto Radio angulum rectum ad libellam canalis aquæ consistentis diu multumq; exploratum facientis ac pro Tangente deseruen-

tis

3

tis Romanorum Pedum 239. longitudini æqualis est, Hinc fit ut Ellipsis Solaris speciei, Aequinoctiorum tempore tres maiore sui diametro pedes proximè occupet, & ibi gradus vnius spatium, sex circiter pedum sit, adeo ut in adnotandis tenuissimo signo extremitatibus dictè ellipsoes, ad eliciendam marginum Solis altitudinem, eiusque apparentem Diametrum, & Declinationem, si quis errorculus interueniat, insensibilis propemodum sit, & contemptibilis. At in maximo Quadrante Tychonico, cui æqualem nos vnum habemus, præter alia maiora, chorda vnius gradus non occupat Romani Pedis nisi vnciam circiter. Eat nunc Leuera, & præ Tychonicis instrumentis, alia omnia insuper habeat. Verum frustra fortasse occinuntur hæc Astronomicarum τηρησεων si non imperitis, certè inexpertis. Proinde super his minimè contendendum censeo, veluti, nec super Parallaxi Solis, quam Tycho nusquam demonstrauit, & Tychoni addictissimi improbarunt, & quam infra vnicum Minutum consistere, vel certè non supra, quovis pignore, contenderim.

Venio nunc ad Chronologiam, cuius fallaciam mihi Leuera pag. 20. 102. & alibi, producto etiam nescio quo anonymo Coloniensi, obijcit: à semet autem omnem erroris suspicionem tam confidenti animo amolitur ut pag. 21. non dubitet dicere: *In Hallucinationes Chronologicas incidere non potui, &c.* Cùm tamen tum cap. 3. in Aequinoctiorum temporibus, tum cap. 10. in Epochis constituendis inciderit non modò in hallucinationes Chronologicas, quod ipsi commune fuit cum magnis alioquin viris Copernico, Longomontano, Scaligero, Saliano, & similibus, ideoque venia dignum; sed etiam in ἐτεροχρονισμοῖς, quia videlicet modò in vnam Chronotaxim; modò in contrariam, desultoria quadam inconstans relabitur. Esto vnum alterumue huiusc rei exemplum. Salianus, quem sibi sectandum proposuit, Annum primum Epochæ Christi vfitatæ comparat cum Anno 45. a Iulij Cæsar's correctione, ideoque Iuliano dicto, in quo quidem (ut infra demonstrabitur) uno anno deficit, sed cohærenter tamen Annum 1. Olympia dicum comparat cum anno ante Christi Epocham 775. & annum. 1. Nabonassari cum 746. & annum 1. a morte Alexandri M. cum anno 323. ante Christi Epocham. At Leuera quo ad Olympiadas, & Alexandri annos, Saliano adhæret, quo ad annos vero Christi, & Nabonassari minus cohærenter dissentit, ponitq; primum Nabonassari anno 747. ante Christi Epocham, & 1. Epochæ Christi cum 46. Iuliano comparat. Illud porrò mihi pessimi exempli in Chronologia, minimè que tolerabile visum est, quod lib. 1. c. 3. a pag. 102. ad 105. non veritus sit Ptolemaeum Chronologiæ non minus, quam Astronomiæ, ac Geographiæ Principem, & indirectè Hipparchum, cuius auctoritate Ptolemaeus nititur, erroris insimulare consignandis Calippicæ periodi annis modò vnius, modò etiam trium annorum excessu, adeo ut pro tertiaz periodi anno 36. annum 33. reposuerit, nulla maiores de causa, quam ut ex magnitudine anni a se excogitati Epilogismos suos, suamq; phantasiam sequatur. Ne autem gratis à me Chronologiam Leueræ, aliorumque quos elegit pro ducibus, falsam censeri asseriq; quis putet, dabis mihi veniam. Optime Cassine, si ex mea Chronologia Reformata pauca quædam fundamenta breuiter indicauero.

I. Fundamentum.

Primus Annus CHRISTI usitata incipit a Kalendis Ianuarii
Anni Iuliani XLVI.

Non ex Fastis Consularibus, qui omnium Chronologorum consensu, certo, & incorrupto ordine ab anno primo Iuliano, vsque ad Traianum decurserunt, constat Anno Iuliano 90. Consules fuisse M. Vinicius, & Statilium.

Coruinum; his autem Consulibus accidisse Romæ Solis Eclipsem ipso die Natali Claudijs Imp. nempe Kalendis Augusti, contestantur Dio, & Suetonius. At Solis Eclipsem Kalendis Augusti Romæ circa illa tempora, nullæ Astronomicæ Tabulae legesue, vlo alio Anno exhibere possunt, quam 45. Epochæ Christi usitatæ. Deme nunc 45. Annis 90. restant anni Iuliani 45. completi ante annum primum Epochæ Christi, ideoque primus huius Epochæ annus incepit cum 46. Iuliano, & annus Epochæ Christi 238. cum Iuliano 283. quo anno, ut mox dicemus, aureolum suum Libellum de die Natali scribebat Censorinus. Id ipsum pluribus alijs Eclipsibus apud Historicos repertis ostendimus in nostra Chronol. Refor. sed hæc unica interim sufficiat.

II. Fundamentum.

*Annus I. Nabonassari incipit a meridie diei 26. Februarij Anni DCCXLVII.
ante primum Epochæ Christi usitatæ.*

Nones enim Eclipses, quas Ptolemæus consignat in annis Nabonassari, diebusq; mensium Aegyptiorum, id euincunt. Exempli gratia, Eclipsis Luna totalis, quam lib. 4. Almag. cap. 6. simul cum 8. euenisse refert anno 1. Mardocempadi, & 27. Nabonassari, die 29. Mensis Thot, sequente 30. circa horam 1. post sui ortum, non potest, saluis Astronomicis canonibus, euenisse, nisi die 25. Febr. Anni 721. ante Christi Epocham: Ergo annus 1. Nabonassari fuit 747. ante Epocham Christi usitatam. Præterea Censorinus de die Natali cap. mihi 8. affirmit Anno Iuliano 283. quo Libellum illum scribebat, à summis quibusq; Chronologis instar oraculi receptissimum, incepisse ante VI. Kal. Jul. videlicet a meridie die 25. Iunij Annum Nabonassari 986. & annum Aegyptium Nabonassari 886. incepisse ante centum annos, id est Anno Iuliano 183. ante XII. Kal. Aug. nimirum a meridie die 20. Iulij. Ergo Anno Iuliano 46. quem concurrere cum primo Epochæ Christi constat ex dictis pro. I. fundamento, incepit Nabonassari annus 749. die 23. Augusti, antea enim currebat annus 748. Porro in canone per singulos annos expanso seruata quantitate anni Aegyptiaci, qui est præcisè diem 365. retrocedendo deuenitur ad annum 747. ante Christi Epocham, diemq; 26. Februarij a cuius meridie in iis annis I. Nabonassari, in quo quidem retrocessu intra annum ante Epocham Christi 521. ut potè Bissextilem, dico anni Nabonassaris incipiunt, videlicet annus 227. die 1. Ianuarij, & Annus 228. die 31. Decembris, quod monuisse opera pretium fuit.

III. Fundamentum.

Olympiadum ab Iphito instauratarum Annus primus incepit a Neomenia proxima Solstitio Aestino Anni, D.CCLXXVI. ante Annum primum Epochæ CHRISTI usitatæ.

SIquidem, ut refert Plutarchus in Alexandro, die 11. ante nobilem illam viatoriam, quam Alexander Magnus de Diario reportauit in campo Gaugamelæ, non longe ab Arbelis, Luna defecit Mense Boedromione, qui nostro Septembri ex parte respondebat. Addit Plinius lib. 2. cap. 70. defecisse hora secunda noctis eo loci, & Q. Curtius lib. 4. defecisse prima ferè vigilia noctis. Postremo Diodorus Siculus designat Annm 2. Olympiadis 112. Atqui circa illa tempora talis Eclipsis, tali mense, tali hora noctis, in tali loco iuxta canones Cœlestium motuum euenire non potuit vlo alio anno quam 331. ante usitatam Christi Epocham Septembribus 20. feria 2. sequente 3. hora Arbelis 7. & 54. m. circiter post merid, quod proximè congruit horæ 3. noctis, fuitq; totalis, ac digitorum circiter 14. dimi-

5

dimidio . Ergo Olympias 112. incœpit Attico Anni inchoandi more , a Neomenia Solstitij Aëstui Anni ante Christum 332. Adde his Olympiadas CXI. completas , idest annos 444. & consurget Annus 776. ante Christi Epocham pro initio Olympiadum .

Præterea Censorinus cap. 8. affirmat à diebus æstiuis Anni Juliani 283. incœpisse Olympiadum annum Iphiti M. & XIV. At ex dictis pro fundamento 1. hic annus Julianus concurrit cum anno 238. Epochæ Christi. Ergo demptis 238. annis à M. & XIV. remanent Olympiadici anni 776. completi anno 46. Juliano , & primo Epochæ Christi circa eius solstitium æstiuum, ideoq; annus primus Olympiadum. Iphiti exordium habuit circa solstitium æstiuum anni 776. ante vfitatam Christi Epocham , quod ex alijs multis Eclipsibus , præsertim à Thucydide relatis alibi à nobis confirmatum est .

IV. Fundamentum .

Anni à morte Alexandri Magni , qui & Philippi dicti sunt à Philippo Ariadæo eius successore , incœperunt cum anno Aegyptio Nabonassari CDXXV. & ante vfitatam Christi Epocham CCCXXIV.

Ptolemæus enim l.3.c.2. magnæ constructionis disertè affirmat annos à morte Alexandri exordiri à primo meridie primi Aegyptiorum mensis Thoth non secus ac Nabonassari annos: quod ipsum asserit Censorinus capite 8. deinde subdit Ptolemæus , a Nabonassari initio ad Alexandri mortem exactos fuisse annos 424. & Censorinus dicto cap.8. ait cum Nabonassari Anno 986. incœpisse annum Alexandri 562. Igitur primus Alexandri iniuit cum Nabonassari anno 425. statim post completum 424. Iam verò ex dictis pro 2.fundamento primus Nabonassari incœpit anno 747. ante Christi Epocham , quare si annis 747. subtrahas annos 424. restant anni ante Christum 323. completi , ante quorum initii cœperat primus Alexandri die 12. Nouébris cum Nabonassari Anno 425.

Ad hæc, non modò Arrianus lib. 7. & Diodorus Siculus lib. 17. sed , vt ait Iosephus lib. 1. contra Apionem , vniuersi historici affirmanit Alexandrum Magnum mortuum *την ἀρχὴν τῆς ἑκατοντῆς, καὶ τετσάρης, κατὰ δικάρτης Ολυμπιαδῶν* principio centesima decime quarte Olympiadis , proinde Olympiades 113. idest Anni 452. completi erant , quos si detrahas annis ante Christum 776. quibus ex dictis fundament. 3. Olympiades inierunt , relinquetur Annus ante Christi Epocham 324. quo inita est Olympias 112. mortuusq; Alexander Magnus . Esto Epocha Alexandri non statim à morte eius inita sit, sed à principio anni Aegyptij 425. die 12. Nouembris , circa quod tempus Philippus Ariadæus ejus loco imperare cœpit .

V. Fundamentum .

Calippica Periodus Annorum 76. non solum à Calippo , sed etiam ab Hipparcho , & Ptolemao computata fuit à Neomenia Solstitij æstui Anni CCCXXX. ante vfitatam Christi Epocham .

Nimirum Calippus, afferentibus Gemino in Elem. Astronom.c.6. & Censorino cap.item. 6. ex 4. Metonicis cyclis Periodum annorum 76. uno die detracto excogitauit, ad sustinendum, corrigendumq; simul Metonis cyclum non aliud inchoatum, quam à Neomenia æstini solstitij a Metone , & Eucltemone obseruati , Absude magistratum gerente Athenis die 21. Phamenoth, an. 108. ante primum à morte Alexandri, vt ex Hipparcho refert Ptolemæus l.3. c.2. nempè anno Nab. 316. & ante Christi Epocham 432. die 27.Iunij hora 6. Matutina

na, vt rectè supputat Petauius l.2. cap. 19. Porro Hipparchum quoque lib. de Mag. anni, & Ptolemæum l.3. cap. 2. non aliunde quam a Solsticio Aestiuo eiusue Neomenia computasse annos Calippicos, sensere cum Copernico Remoldus in Princicis præc. 4. Petauius l.2. c. 19. & l.4. cap. 26. Bullialdus l.2. Astron. c. 2. & ipso met Khristmannus com. in Alfraganum. Licet enim pag. 305. dixisset Hipparchum, & Ptolemæum annos Calippicos coincipere cum annis Ægyptijs, pag. tamen 328. resipiscens confessus est eos computasse annos Calippicos à Solsticio in eunte anno Olympiadico. Id ipsum manifestum est ex Græco textu Ptolemæi l.3. c. 2. vbi dicitur: *Et sunt à Solsticio Aestiuo capto in Magistratu Absudis, usque ad obseruatum ab Aristacho τῷ ἡμέρᾳ ληξιοντι idest 50. anno desinente prima secundum Calippum periodi (ut etiam Hipparchus afferit) anni 152.* A dicto autem anno 50. qui est 44. annus à morte Alexandri usq; ad obseruationis nostra annum 463. anni 419. Esto Trapezuntius, & Gauricus omiserint illud desinente. Ergo circa Solstitium Aestuum desijt Calippicus Annus 50. incœpitque 51. iuxta computum Hipparchi, & Ptolemæi, & sic de alijs Calippicis, eodemque contextu probatur sublatis annis 44. Alexandri ab annis 50. Calippicis, primam periodum Calippi incœpisse anno sexto ante primum à morte Alexandri, hoc est anno 330. ante epocham Christi, vt egregiè Petauius l.2. c. 19. contra Scaligerum, qui hoc initium male retraxit ad annum 331.

Sequitur ex dictis secundam Periodum Calippi incœpisse circa Solstitium anni 254. ante Christi Epocham, nondum absoluto anno 70. Alexandri Magni, & 494. Nabonassari, vt potè initis à meridie diei 26. Octobr. anni ante Ep. Christi 255. Tertiam verò Periodum Calippi incœpisse anno ante Christi Ep. 178. durante adhuc Alexandri anno 146. & Nabonassari 571. quippe initis à Meridie 7. Octobris anni ante Christi Epocham 179. Ideoque Æquinoctia ab Hipparcho lib. de Magnitud. anni, & Ptolemæo l.3. c. 2. annis Calippicis consignata referenda esse ad annos Alexandri, Nabonassaris, & ante Christum in seq. tab. notatos.

Æquino- ctia Hipparchi	ANNI LABENTES				Menses & Dies Ægypti & Romani	Diei partes Alexandriæ
	III. Peri- odi Ca- lippi.	a morte Alexan- dri M.	Nabo- nassari	ante Christi Epocham		
Autumnalia	1	17	162	586	162	Mesori 30 Sept. 27
	2	20	165	589	159	1 Intercal. Sept. 27
	3	21	166	590	158	1 Intercal. Sept. 27
	4	32	177	601	147	3 Intercal. Sept. 26
	5	33	178	602	146	4 Intercal. Sept. 27
	6	36	181	605	143	4 Intercal. Sept. 26
Verna	7	32	178	602	146	Mechir 27 Martij 24
	8	43	189	613	135	Mechir 29 Martij 23
	9	50	196	620	128	Phamen. 1 Martij 23
Ptolema- ica	Adri- ani	Alexan- dri	Nabo- nassari	Christi		
	1	17	456	880	132	Athyrid 7 Sept. 25
Antoni- ni						
	2	3	463	887	139	Athyrid 9 Sept. 26
	3	3	463	887	140	Pachon 7 Martij 22

Aduertendum hic est, in aliquibus textibus Ptolemæi ad quartum Aequinoctium Autumnale Hipparchi notari Alexandri annum 178. quomodo legit Albat-

batenius cap. 27. Regiomontanus in Epit. Alm. l.3. p.2. Longomontanus lib. 1.
Theoricorum cap. 1. ex versione Trapezuntij, & Gaurici; sed in Græco legendum
esse non posse, sed posse. hoc est non 178. sed. 177. evincunt Khristmannus in Al-
fraganum pag. 341. & Bullialdus l.2. Astronomiae cap. 2. ex interuallo Verni Aequinoctij
subsequentis, & ita legerunt Copernicus l. 3. cap. 13. Lansbergius in
Thesauro obser. classe 2. & Leuera lib. 1. cap. 3. pag. 102. mecum l.3. Almagest.
cap. 14. Sed errat dicendo fuisse Annum 31. tertiaræ Per. Calippi. Petauius quoq;
l.4. c.26. quartum hoc Aequinoctium notauit anno periodi Julianæ 4567. nempe
ante Christum 147. Sept. 27. moxque subdit: *Hoc anno Thoth Nabonassari 602. in yte.*
Sept. 29. Ergo die Aequinoctiali 27. Septembr. nondum inierat Nabonassari ann.
602. sed properabat ad finem annus 601. Proinde lapsu memoriæ aut calami pag.
sequenti non rectè dixit: *Aequinoctium hoc Hipparchum designatum est anno ab obi-*
in Alexandri 178. Nabonass. 602. Periodi Julianæ 4567. hoc enim anno, nempe ante
Christum 147. die 27. Septembr. vt dixi, nondum cœperat Nabonassari annus
602. & Alexandri 178. sed restabat adhuc biduum de Nabonassari 601. & Alexan-
dri 177.

Siue igitur vicinia noui anni Nabonass. & Alexandri paulò post Aequinoctium
inituri, siue falsa suppositio de idéitate initij annorum Calippicorum, Nabonassa-
ri, & Alexandri, siue aliunde falsa Chronologia de supra nominatis Epochis, causæ
fuerunt errandi in Hipparchi Aequinoctijs suo temporis consignandis: Errarunt
vtiq; Longomontanus in omnibus Autumnalibus Hipparchi, & Leuera in tribus
primis, dum comparant annum Calippicum cum subsequenti Alexandri, & Na-
bonassari; in reliquis vero tribus Leuera dum pro tertię periodi Calippi anno 32.
substituit 31. & pro 33. annum 32. & quod enorme peccatum est, pro 36. annum 33.
De erroribus verò Copernici l.3. cap. 19. Ioannis Lucidi, Mercatoris, Saliani &c.
in adnotando primum Olympiadum anno 775. ante Epocham Christi, & pri-
mum Alexandri anno 323. &c. Patet ex dictis supra. Vale interim Doctissime, &
Amicissime Cassine.



Admo-

Admodum Reuerendo Patri

IO· BAPTISTAE RICCIOLI

SOCIETATIS IESV

Astronomo, Philosopho, & Theologo præclarissimo

Io. Dominicus Cassinus S.P.D.



Væ in me Benevolentia veritatisq; Studio Vir Sapientissime, acceptum fero, quod commotus fueris Francisci Leueræ facto, qui tuam ipsius auctoritatem in easdem obseruationes meas, quas in Geographia reformata Cœlo extulisti, ex tomo primo Almagisti tui, annos aliquot ante meas obseruationes edito, tam oblique detorserit.

Quominus ergo Leueræ scripto possem commoueri, effeceris Tu, qui rerum astronomicarum omnium doctissimorum calculis, quos illustrium operum editione promeruisti, Iudex, Censorq; legitimus, meas qualescumq; Solis obseruationes Tibi probè perspectas, expensasq; postremis tuis scriptis editis eudentes sæpius prædicaueras: Effecerat Excellentissimus Marchio Maluasia, qui non minus Astronomicis, quam Militarib. studijs clarus, in suarum Ephemeridum editione, eas tecum alijs prætulerat: Effecerant exteri, qui carum fama inuitati illis mecum excipiendis adesse gestierunt: Effecerat ipsarum euidentia, qua frētus, certusq; vnius hominis, qui quæ ipse non vidit, nec credidit, cæcum iudicium securus potui perferrere. Leueræ quidem studium, mentemq; miratus sum, qui cū mearum obseruationum specimen perlegerit, in quo pag. 26. diserte enuncio in locum Egnatiani Gnomonis à Meridiano valde declinantis, & proinde Meridianis obseruationibus prorsus inepti, substituisse me in eiusdem Diui Petronij Templi parte alia Meridianum Gnomonem Solis Meridianis altitudinibus exhibens vnice idoneum, ipse meas obseruationes quasi Egnatiano Gnomone factas improbare voluerit. Cumq; de ijs amplissima habuerit testimonia, tum in tua Geographia reformata, tum in Marchionis Maluasiæ præfatione, ex qua ipse pag. 411. quæ de Solis meis obseruationibus restituti vtilitate enunciantur, licet me omisso, transcribit, persistere tamen in sententia voluerit, nec vel apicem ex ijs, quæ antea fortasse scripscerat mutare, retractareve. Itaq; cum tantorum Vitorum auctoritati, qui meis obseruationibus non adfuisse solum, sed & operam nauasse profitentur, non acquieuerit, humanamq; fidem, quibus alioquin habenda erat maxima, denegarit; cogito num forte contrarium præsumperit fretus diuina, quam pag. 21. & 28. prætendit reuelatione. Evidem aut ego fallor, aut hæc radix est vnde illius imaginationes, earumq; penes se auctoritas firma, inflexa q; trahit originem. Ut nobis minime moleste ferendum sit, si potius naturæ instinctu quam vlo Geometriæ lumine, vlloue propriarum obseruationum apparatu se Astronomiæ restitutorem constituat, ac præ se suisq; inuentis non modo recentium Astronomorum, sed ipsius Ptolemæi auctoritatem eo habeat loco, quem passim mirere. Huius non ignari possumus per otium ab eius ore pendere, indeq; oracula illa Astronomica vere inaudita recipere.

Interim quod ad Chronologiam Astronomicam spectat, tecum Vir clarissimus in eadem sententia sum, vt putem eius claves omnes penes vnicum Ptolomæum esse. Ptolomæus quippe obseruationum tempora, quibus suas concinnauit tabulas,

9

las, à diuersis Epochis deducta reduxit ad annos Nabonassari, & ab Alexandri morte, quorum inter utramq; Epocham differentiam annorum 424. constituit. Cum ergo nos cum recentioribus Astronomis Tabulas concinnemus annis post Christum descriptis; annis Nabonassari annos Christi correspondentes habebimus, cum tum ad hos ex recentioribus Tabulis, tum ad illos ex Ptolemaicis, eadem Planetarum loca, quantum præsens Astronomiæ status patitur, deduxerimus, præsertim si medium fere tempus inter utraramq; Tabularum structuram acceperimus, ut qualemcumq; progressu temporis possit intercedere Tabularum a Cælo discrimen, hinc inde ferè æqualiter partitum minus resultet. Talem quippe concursum habebimus omnium temporum observationibus absq; particularibus calculis confirmatum.

Hac autem ratione deprehendimus concurrere, & communia habere principia
hos annos.

Christi.	Nabon.	A morte Alex.
937.	1685.	1261.
938.	1686.	1262.
939.	1687.	1263.
B.940.	1688.	1264.

Hoc posito subtrahendo ab Anno Bisextili

Christi .	Nabon.	Ab Alex.
940. B.	1688.	1264.
annos 940.	940.	940.
Relinquentur Christi. o.		
Siue ante Christum. i.B.	748.	324.

Iam 940. quadrantes dierum in annis Julianis 940. hoc est dies 235. anticipatio
nis Julianæ in his retroactis annis exhibent anno ante Christum Bissextili 1. dies
236. hoc est Augusti die 23. initium anni Nabonassari 748. & a morte Alexandri
324. quibus scilicet decurrentibus annus Epochæ Christi vulgaris primus
sic 1688. quadrantes dierum, hoc est dies 422. exhibent præcessionem Julianam,
in retroactis annis 1688. quæ est anni viii bissextilis, & dierum 56. quibus ostendit
ur initium annorum Nabonassari fuisse ante Christum 747. die 57. siue Feb.
26. Et 1264. quadrantes siue dies 316. præcessionis Julianæ in retroactis annis
1264. exhibent initium annorum ab Alexandri morte anno ante Christum 324.
die 317. hoc est Nouembris 12. cumq; initium primæ periodi Callipicæ sex annis
Epocham ab Alexandri morte præcedant, eadem Hiparcharum obseruationum
tempora proueniunt, quæ in tabula digesti. At Leuera relichto fonte ad inde ma-
nantes qualescumq; riuos decurrit, quamuis non eum fefelisset Reinholdus, quæ à
pag. 101. ad 110. sequi profitetur, si eius præcepta ad praxim nouisset reducere.

Quo vero ad Salianum attinet, qui cum alijs recentioribus Chronologis vulgarem Christi Epocham, Christi Natiuitate duob. annis facit posteriorem, non videt Leuera annos Saliani ante Christum non esse annos labentes ante Christi Epocham, sed ab ijs uno anno deficere, quippe qui annum Mundi 4051. comparat cum anno ante Christum 2. & annum Mundi 4054. cum anno Epochæ Christi primo. Itaq; cum Alexandri mortem consignet anno ante Christum 323. intelligendum esse anno 324. labente ante Christi Epocham: Quod vero anno ante Christum 747. & cohærenter ante Christi Epocham 748. labente initium annorum Nabonidorum.

B

BIBLIOTECA
DEL
MUSEO NACIONAL DE ARTE

nassari annotet, ideo vno anno fallitur, quod fortasse non aduerterit anno intermedio ante Christum 521, duos annos Nabonassari 227. prima Ianuarij, & 228. ultima Decembris initium sumpisse, prout nec aduertit Leuera qui pag. 228. putauit additione numeri 323. anni labentis ante Christum, in quo Epocham ab obitu Alexandri constituit, & interualli. 424. inter Epocham Nabonassari, & mortis Alexandri, constitui annum ante Christum 747. quo decurrente primus annus Nabonassari sumpit exordium.

De Lucido vero toties à Leuera laudato, qui annum primum Alexandri refert ad annum ante Christum 423. & annum primum Nabonassari ad annum ante Christum 748. nil aliud dicendum, quam auctorem hunc quiduis aliud quam tempora Astronomicis vibus parare voluisse. Quicquid vero ex varijs Chronologis confuse decerpserit Leuera, forte tamen fortuna in vera incidit principia, a quibus si ijs recte usus fuisset, eadem tecum observationum Hyparchearum tempora calculo collegisset. Siquidem ille pag. 228. Epocham Nabonassari consignat anno ante Christum 747. Februarij die 26. eademq; pagina à Thoth. Nab. ad Thoth. Philippi interuallum annorum 424. recipit ex Ptolemeo. & pag. 229. assentit Reinhaldo docenti anno 6. ante Alexandri obitum Callippum suarum Periodorum initium fecisse, ita ut anni exordium esset ab Aestiu conuersione.

His quibus principijs, incorruptoq; Ptolemæi textu eadem ipsa redeunt tempora, quæ tu Vir clarissime Tabula exhibuisti; quibus si diuersa deduxit Leuera, etiam ybi Ptolemæi textum non corruptum, id ex ipsius priuilegio est, quo licet illi passim a sumptis principijs discrepantia deducere.

Vt enim pauca indicem potius, quam persequar, quotidianas Primi mobilis, & Solis revolutiones æquales esse contendit, eodemq; horarum 24. spatio absolui, simulq; fatetur diurnam Solis revolutionem primi mobilis revolutione minutis 4. tardiorum esse, modo magis, modo minus. Annuam Solis conuersionem absolui revolutionibus diurnis Solis, & primi mobilis 365. $\frac{1}{4}$ ferè, non vero 365. $\frac{1}{4}$ Solis, & 366. $\frac{3}{4}$ primi mobilis; cum tamen fateatur minuta 4. quibus quælibet revolutione primi mobilis præuenit revolutionem Solis tardiorum, annuo spatio in horas 24. quæ diem unam constituunt, excrescere. Hæc minuta 4. ad diem non pertinere, & esse extra diem, cum tamen ex suppositione sint pars temporis diurnæ Solis revolutionis.

Dies, hoc est tempora à meridiem in meridiem, facit æquales, cum primi mobilis revolutionibus æqualibus appendices Solarium revolutionū in æqualium accedere confiteatur.

Ex vera anni magnitudine iam adiuenta, tamquam circino, comparationes observationum docet esse faciendas; & ex observationibus sic comparatis anni veram magnitudinem eliciendam, doctus hoc circino logicum committere circulum.

Annū, moram Solis in toto Zodiaci circulo, esse dierum 365. hor. 5. m. 48. & medium Solis moram in uno semicirculo non esse dierum 182. h. 14. 54. quæ illius est medietas, sed dierum 184. h. 16. 45. cuius generis sexcenta cap. 5. reperies: quoties enim moram Solis in altero Zodiaci semicirculorum determinat, toties sui ipsius hypothesi repugnantia elicit, habet enim in eo negotio rationem æquationis, quando nulla est, vel æquationis dimidia quoties oportet totius, aut simplicis cum duplicata.

Medios Solis motus ad æquationum variationem variat, cū tamen fateatur eos esse perpetuo æquales, ex quo fonte quid proueniat, calculis facile perspectu est.

Ex tabula æquationum Solis in tempus conuersa præcepto, & exemplis contraria proposito, plerumq; eruit, crescere enim repræsentat moras cum decrescent, cum crescent decrescere; maximas cum sua hypothesis dat medias, medias cum maximas.

In huiusmodi cohæreatiarum sylua abstrusa, & sapientibus, vt verè ait, ab-scondita, Leueriana dogmata delitescunt, in qua regnare, gloriari, triumphare illi per nos liceat.

De me, meisque obseruationibus, quarum Tu patrocinium strenuè suscepisti, nihil est quod sim præterea sollicitus. Leueram amo, cuius scripti occasione tale prodidit tuæ in me benevolentia monumentum. Vale Vir sapientissime, & Amicissime, & me ut soles ama.

Riccioli loca de obseruationibus in Diui Petronij Templo Leue-
rianæ interpretationi e diæmetro opposita ex eius
Geographia reformata.

Lib. 5. Cap. 7. num. 5. pag. 149.


 Ertio nobis eidens est, ex postremis obsetuationibus Solis in ingenti Gnomone S. Petronij Bononiæ accuratissimi per hosce annos peractis à D. Dominico Cassino Excellentissimo Astronomiæ Doctor, ac publico professore, coram testibus peritis, quibus & nos aliquando interfuius, operamque nostram cum P. Grimaldo nauauimus. Euidens inquam est Diametrum Solis in Solstitio Æstiuo non esse partem septingentesimam quinquagesimam Solaris orbis, vt posuit Aristarcus; & ex Cleomedे refert Mazzonus, qui proinde multiplicans stadia 300. per 750. colligit in ambitu Terræ 225000. stadia; sed & eidens est non esse quantam multi à nobis adducti lib. 3. Almagesti Noui cap. 10. autumant, sed esse in Apogeo 31. minutor. & 5. secundor. longe autem ab Apogeo per gradus 25. prout erat Sol in Solstitio temporibus Eratosthenis, esse minutorum 31. 10. Quod & D. Cassinus in suo Opere Astronomico, & nos Deo fauente in nostris secundis Mobilibus fusius demonstrabimus.

Lib. 5. Cap. 24. num. 3. pag. 165.

Postremò quia nonnulla Problemata de Magnitudine terræ indigent Solis diæmetro apparenti, aut exactis Fixarum declinationibus; Diametrum quidem Solis ex obseruationibus nuperimis sumpsimus initis in Basilica S. Petronij per Gnomonem altum pedes Romanos 95.

Lib. 5. Cap. 36. num. 6. pag. 180.

Confirmatio ex Praxi Excellentiss. D. Io. Dominici Cassini.

Dixi capite 22. Eximum hunc Astronomum, & Geometram, in quo semper admiratus sum, & adamaui Theoriæ profunditatem, cum Præeos dexteritate, & circumspectissima diligentia, consignasse in Templo Bononiensi S. Petronij lineam marmoream magni Gnomonis, ibidem omnibus conspicuam, assertamque ambitus totius terrestris partem sexcentimillesimam; Quod transcriptum inde fuit à nonnullis harum rerum curiosis; est autem tota illa linea cum appendice sua passuum Romanorum antiquorum 48. qui dueti per 600000. faciunt passus 288000. & his per gradus 360. diuisis restant in uno gradu passus Romani 8000. & Bononienses 63157. quare ad veritatem quamproximè accessit, &c.

Lib. 7. Cap. 15. num. 1. pag. 295.

Diu existimau olim altitudinem Poli Bononiæ esse gradum 44. & minutum 30. in medio Vrbis; tanta enim mihi saepius obuenierat ex utraque altitudine Polaris Stellæ in meridiano quadrantiis bene magnis capta. Sed cum inter D. Io. Dominicum Cassinum Astronomiæ publicum Professorem in hoc Archigymnasio Bononiensi, & nos conuenisset de subtiliori modo huius altitudinis perscrutandæ, ut certius inde orbis terræ dimensionem ex Stellis deducere licet methodo iam lib. 5. cap. 13. tradita, & simul ingens Gnomon in S. Petronij Templo erectus nuper, Solis altitudinibus Meridianis, & diametro apparenti subtilissime obseruandis deseruit; Ille in ædibus Maluaticis, idest Illustris. Marchionis Cornelij Maluasiæ; Ego cum P. Francisco Maria Grimaldo in nostro novo S. Luciæ Templo nondum tunc fornice obtecto altitudinem Poli tandem adepti sumus, ille quidem in Ædictis dibus gr. 44.30. 22. & inde in S. Petronio gr. 44.30. 20. Nos autem in S. Luciæ Templo gr. 44.30.11. & in obseruatorio nostro gr. 44.30.10. prorsus ut distantia horum locorum in Meridiano dimensa requirebat, &c.

Lib. 7. Cap. 21. num. 4. pag. 308.

Sed ex Æquinoctijs obseruatis hic Bononiæ in magno S. Petronij Gnomone Excellentiss. D. Io. Dominicus Cassinus merito censet ita comparandas obseruationes Tychonis, ut eligatur altitudo Vraniburgiea gr. 55.54.40.

Lib. 7. Cap. 12. num. 5. pag. 309.

Declinatio Solis maxima verior ex nostris obseruationibus, & D. Cassini et gr. 23.30.20.

Lib. 7. Cap. 28. num. 1. pag. 318.

Tanta est hodieque distantia Tropici ab Æquatore, quanta fuit olim, & semper; haec autem ex nostris obseruationibus Bononiæ peractis, & ex obseruationibus Excellentissimi D. Io. Dominici Cassini in magno Gnomone S. Petronij comprehensa est gr. 23.30.20. ergo distantia verticis Alexandriæ ab Æquatore, atque adeo latitudo Alexandriae, &c.



DIA-

hor. 23.6. p. m. & nō hor. 21.30. p.m. si-
cut ipse Tico obseruauit.

Merc. Viri eruditi, qui non ignorant, an obseruationes Solis factæ de nocte (quæ vere non sunt obseruationes, sed suppurationes) esse possint veriores, quā obseruationes Solis factæ de die, quæ realiter, & verè sunt obseruationes; pariter neque ignorare poterunt quanti valeat correccio d. obseruationis, Solis à Tycone factæ de die, per obseruationem Solis factam de nocte ab ipso Cassino.

Sau. Sane Riccioli, & Cassini plurimi interest Ptolemæi, & Tyconis, eorumq; obseruationū & traditionū nomen, & auctoritatē in literaria Republica decrescere. Vidisti in frontispicio Almagesti noui per Ricciolum editi Ptolemæum iacentem, ac desuper inscriptum, *Erigor dum corrigor.* At magnam sanè suscepereunt Provinciam, quia Astronomiæ Principatus à Ptolemæo suecessuè ad Tyconem delatus, nec non latè vagantis per Orbem terrarum famæ, & gloriæ celebritas obseruationum, & traditionum, ac doctrinæ eorumdē, adeo altas egit radices, ut quatuor Riccioli obseruationes simul adunatae ab anno 1643. usque ad annum 1647. & duæ obseruationes Cassini ab anno 1655. usque ad annum 1656. super quibus nouam Astronomiam fundare voluerunt diuersam ab Astronomia Ptolemæi, & Tyconis, aliorumque omnium, nihil prorsus valere unquam possint ad longe plurimas, & peritiores Ptolemæi, & Tyconis obseruationes, corumque exinde doctrinam, Astronomicam eneruandam: Respublica namque literaria totius orbis terrarum plenè nonit Ptolemæum à quampluribus ab hinc seculis, & optimè callet sumptuosissimos apparatus instrumentorum, & organorum à Tycone factos, eiusque incomparabilem in obseruandis motibus cœlestibus, nunquam interruptam, sed semper crescentem experientiam ab eo acquisitam spatio annorum 30. videlicet ab anno 1570. usque ad annum 1600. eamque antequam suæ obseruationes, ac tabulæ motuum, in lucem proditent; & non modo videt plu-

DIALOGVS

*Sauiniij, & Mercurij in epistolas Riccioli,
& Cassini.*



Eni ad te, Mercurij cum duabus epistolis de re Astronomica differentibus nuper editis, vt audiam quid de eis tu quoque sentias, quia mirum in modum colloquijs nostris soleo recreari. Altera est Riccioli, altera Cassini, quas hic tibi exhibeo; vidisti ne, & legisti earū tenorem?

Mercur. Iam peruenierunt ad me, & legi in eis controvferiam exortam occasione editionis Prodromi Francisci Lueræ, veluti iam diu excitaturum circūferebat inter Vranometras, & Astronomos sustinere curantes suas obseruationes, & documenta, quæ typis mandarunt: & tenor literarum Riccioli, & Cassini in primis versatur circa copiam, quæ penes eos existit Organorum, & Instrumentorum ad obseruandum multo grandiorum, & perfectiorum ijs omnibus, quæ habuit Tycho, & propterea prætendunt longe maiorem fidem esse adhibendam eorū obseruationibus, quam obseruationibus Tyconis, & consequenter magis, quam doctrinæ ex Tyconis obseruationibus deducere.

Sau. Iam ego quoq; vidi in libello obseruationū Bononiensi Cassini anni 1655. & 1656. pag. 12. ipsum redarguere Tyconem, quod æquinoctia potius descripsit qualia obseruata esse oportuisset, quam qualia re vera immediata obseruatione deprehenderit, & legi quoque in pag. 15. eiusdem libelli correctionem ab eodem Cassino factam æquinoctij Veris à Tycone obseruati anno 1584. Vraniburgi hor. 21.30. p.m. videlicet hor. 15.30. diei, per cōparationem obseruationis æquinoctij Veris anni 1656. ab ipso Cassino factæ per Gnomonem magnum Bononiæ hor. 9. 50", p. m. videlicet hor. 3.50. noctis, per quam firmat d. æquinoctium Veris anni 1584 fuisse Vraniburgi

plurimas obseruationes ingressuum Solis in punctis Aequinoctiorum, & Solstitorum, sed etiam innumerarē fermē obseruationes eiusdem Solis per omnes ferē Zodiaci partes, & scit id quod testantur heredes eiusdem Ticonis in epistola ad Rodolphum II Imperatorem initio libri Progymn. nempe quod nullus Regum, ac Principum post Alphonsum Regem tot, tantosque in Astronomia sumptus fecerit, si quidem non solum omnia, quā corradere potuit ex fœudis, & beneficijs, quā ab inclito Danorum Rege Friderico ob prosapiæ splendorē, & Astronomiæ amorem amplissima habuit, sed ex proprio peculio vltra centena talerorum millia in hæc studia impenderit; Vtēbatur enim ab anno 1570. ad Solis scrupulosaſ obseruationes Quadrāte maximo singula minuta exhibente, quem fabricare fecit anno 1569. Auguste Windelicorum, Paulo Heinzelio Consule ibidem, qui Quadrans tantæ molis erat, vt vix à 20. robustis viris ab eo loco, in quo fabricabatur, in Collem proximum, vbi disponendus erat, asportari potuerit, velut legitur in Progymn. Tycon. pag. 353. usque ad 356. Vtēbatur quoque ministerio decem ad minimum Peritorum in obseruando etiam per diuersa loca Europæ, auxilio, & sumptibus Friderici II. Regis Daniæ. Vtēbatur quoque deinde sextante, quem loco Radij astronomici fabricare fecit, de quo late in dicto lib. I. Progymn. à pag. 335. Et inter alia organa ad Solis, & Stellarum altitudines scrupulosissime perscrutandas decem diuersa forma, & magnitudine Organa confici curauit exactissima perfectione constructa, labore, diligentia, & sumptibus inestimabilia, vt affirmat idem Tico in dicto libro Progymnasmatum pagina 15. Eaque Organa fabricare fecit postquam ab alijs affabre elaboratis Instrumentis decipiebarur sensibiliter in quatuor circiter minutis circa Solis elevationem in ambobus Solsticijs, & circa Stellæ Polaris sublimitatem tam maximam, quam minimam. Quemadmodum ad puncta Aequinoctiorum indaganda, se illa inuestigasse affir-

mat pag. 14. ejusdem lib. Progymn. à fer diuersa ratione fabrefactis Instrumentis magnitudine ipsa, & materiæ metallicæ soliditate, diuisionisque, ac pinnacidiorum exacta dispositione ita adamussim elaboratis, vt de aliquota in quibusdam tertia, in aliquibus quarta, in nonnullis etiam sexta scrupuli parte ipsum minime dubium facerent; sine qua sane præcisione frustra hoc subtile negotium intentatur, vnum enim minutum variationis in alitudine, & ob id quoque in declinatione Solis iuxta ipsa etiam equinoctia, vbi maxima est declinations diurnæ alteratio, longitudinem Solis mutat scrupulis duobus cum dimidio, que integrum horam proxime efficiunt. Eademque recenset à pag. 68. protestatus non vni organo Astronomico in hac subtili inquisitione fidendum, sed plura adhibenda, laborique, & sumptibus non parcendum.

San. Notasti in epistola Riccioli, nec verbum de refractionibus?

Merc. Prudenter tacuit Ricciolus in præfata sua epistola ad Cassinum, requisita in obseruationibus necessaria, & principaliter Refractiones, nam optimè nouit totius huius controvæ nodum in refractionibus consistere, quæ à vaporibus in ærem fiunt, & quod sine peritia, & praxi Refractionum minimè potest indagari per quæcumque quantum exquisita, & optima Organa, vera Solis, & Stellarum longitudo, nec vera magnitudo diametri Solis in qualibet distantia Solis ab Apogeo, & Perigæo, nec in quocumque positu Solis horizontali, ex quo vapores, per quos fiunt Refractiones, non solum attollunt sensibiliter planetas, ac stellas, sed etiam grandiorem efficiunt diametrum, & discum Solis, ac Stellarum, vt in confessio est apud omnes Opticos, & Astronomos. Tacuit quoque Ricciolus Refractiones, quoniam sine Cassini nota approbare non poterat Refractiones vbi que terrarum esse easdem, sicuti promulgauit Cassinus in Ephemeridibus nouissimis Lansbergianis eximij Mar-chionis Maluasianæ; quia penes omnes Opticos,

Opticos, & Astronomos, & secundum ipsum Ricciolum in lib. 3. Almag. sui cap. 9. pag. 115. & cap. 10. pag. 120. indubitatum est refractiones vbiue terrarum esse admodum diuersas non solum in omnibus horizontibus orbis terrarum, sed etiam in quolibet horizonte diuersificari secundum quatuor anni tempora, ac etiam secundum cuiuslibet diei partes, ut refert etiam Leuera in suo Prod. cap. 3. pag. 127. & in cap. 8. pag. 198. & Tycho in Progymn. pag. 141. & 145. Nec testificare poterat de illa peritia, & praxi Cassini circa refractiones, cum in Cassino nulla experientia praecedere potuerit refractionum debitum obseruationibus per Gaomonē faciendis in horizonte Bononiensi, quia eodem anno 1655. in quo dē mense Iunij reformatus est d. Gnomon, ipse obseruauit Aequinoctium autumnale, & anno 1656. æquinoctium Veris, licet vere hoc æquinoctium non obseruauerit, sed supputauerit, quia fuit de nocte, ut diximus, & ambas obseruationes statim in lucem prodidit, & eo magis, quia se dubium & ancipitem fassus est de refractione debita in altitudine Solis graduum 45. vt legitur in suo libello obser. anni 1655. & 1656. pag. 18.

Præterea tacuit Ricciolus, quia probare non poterat se adeptum fuisse integrum praxim, & experientiam refractionum pariter in horizonte Bononiæ debitarum cuilibet altitudini Solis super horizonte prædicto, nec cuilibet loco Solis sub Zodiaco, neque magnitudinem apparentem diametri Solaris modo maiorem, modo minorem, tam propter irregularissimos vapores, quam per distantiam suam ab Apogeo. Primo, quia fatetur in d.c. 10. lib. 3. pag. 116. diametrum Solis apparentem sine unius minuti primi errore definire, euidenter impossibile esse, aut difficillimum: Omnes enim modi, subdit ibidem pag. 117. pro inuestigando Solis diametro quibuscumque organis scilicet, tum quadrantibus, tum armillis, tum Gnomone, supponunt posse margines luminarium, aut confinia lucis, & umbræ præcisè absque sensibili erroris

suspitione discerni, & attingi, non comprehendens aliqua particula sensibili; quod vix, aut ne vix quidem fieri posse constabit experiri volenti.

Sau. Et maximè vbi Sol apparet, ellipticus, sicut per foramen dicti Gnomonis ob ellipticam figuram imperfectam, & inferne contractiorem, vt ait in lib. 10. Almag. sui pag. 653. concludens in d. lib. 3. cap. 10. pag. 120. se diametri Solaris magnitudinem discussurum singillatim, in libro optico sect. de refract. qui liber adhuc editus ab ipso non est.

Merc. Secundo, quia sicut deponit in præfatione sui Almagesti pag. 18. & in Cronicon pag. 37. postquam ad obseruationes cœlestium motuum se contulit, quod fuit circa annum Christi 1643. cum prius per annos 16. magisterium, & cathedram Philosophiæ, & Theologiæ exercuerit, Typis dare cœpit anno 1648. dictum suum Almagestum nouum cum quatuor obseruationibus Solaribus à se factis anno 1643. & 1646. & 1647. sed illud 1646. fuit supputatum, quia de nocte; eiusdemque Almagesti editionem perfecit anno 1651. Neque cum suis obseruationibus Aequinoctiorum, & Solstitij æstiui, præcedentes aliquas obseruationes refractionum in horizonte Bononiensi à se factas edidit, per quarum experientiam, & praxim probare potuerit, & non verbis, sed operibus affirmare se ritè, & rectè obseruasse tempus exquisitum dd. æquinoctiorum autumnalium, Veris, & Solstitij Aestivis: Illa namque tabula refractionum, quam exhibet in extremitate totius d. sui Almagesti, scilicet lib. 10. in pag. vlt. 668. nullam fidem meretur: Tum quia postquam pag. 654. eiusdem lib. 10. lætatur easdem refractiones in Solstitio æstiuo reperiisse Bononiæ, ac illas quas Ticho reperit in Dania; Paulo post pag. 667. oblitus huius lætitiae, & conuenientiae, corrigere audet enorister diu elaboratissimam tabulam refractionum Tychonis diutissime obseruarum ab eodem in Dania, eamque admodum diuersam à sua Bononiensi, absque eo quod nunquam se contulerit Ricciolus iste corrector in Daniam, ibique lon-

longiori tempore refractiones obserua-
uerit quam Tycho.

Sau. Hæc nimis animose attentata,
omnem fidem adimunt suis tabulis, &
correctionibus, quia manifestum iam ex
Reipublicæ literariæ Ricciolum ante di-
etas obseruationes æquinoctiorū ab ipso
editas, non potuisse consequi necessa-
riam peritiam, & praxim refractionum
in horizonte Bononiensi, ne dum corri-
gere refractiones, quæ in alijs horizonti-
bus irregularissimè fiunt, propter incom-
prehensibilem fermè hanc doctrinam,
ac peritiam refractionum, quæ non bi-
ennio, nec quadriennio paucis obser-
uationiunculis, sed vix magno, diutino
creberimatum obseruationum labore,
& multiplici Organorum supellecili
post longæuam plurium annorum expe-
rientiam, & praxim vix acquiritur: Que-
madmodum laboribus maximis, ac
innumeris ferè obseruationibus spatio
30, annorum adeptum fuisse Tychonem
in horizonte Vraniburgi legitur. in lib. 1.
Progymn. pag. 15. & 16. vbi præter
alia decem Organa, construi fecit aliud
Instrumentum armillare, cuius diamet-
er esset decem pedum, cuius ope inda-
gare posset refractionum Solarium quan-
titatem exquisitam in Solsticio hyberno,
quam per alia plurima Instrumenta in-
dagare non poterat, veluti post conti-
nuam aliquot annorum experientiam
indagauit, vt legitur pag. 79. dd. Pro-
gymn. Quemadmodum etiā refractiones
Stellis fixis debitas post plurimas quidē
præcedentiū aliquot annorū animadver-
siones, vt in eodem Progymn. pag. 156.
& pag. 280. Multitudinem autem obser-
uationum pro indagandis refractionibus
competentibus singillatim circa æquino-
ctia, & Solstitia patefecit Reipublicæ
literariæ Albertus Curtius, qui obserua-
tiones omnes Tychonis in lucem edere
habuit in mandatis ab Imperatore Ferdi-
nando III. nam circa Solsticium æstiuum
 anni 1589. scilicet à die 11. Iunij usque
ad diem 17. more Iuliano, nempe spatio
sex dierum, octuaginta obseruationes
refractionum ante & post meridiem à
Tychone factas fuisse adinuēnit, vt fate-

tur etiam Ricciolus in lib. 10. Almag. in
pag. 655. Insuper manifestum est quanto
labore, & diu, multumque accurata
trutina, magnitudinem apparentem
Diametri Solis in Horizonte Vranibur-
gi, & in Apogæo, ac Perigæo, medijs
que distantijs indagauerit Tycho, vt le-
gitur in Progymn. pag. 471. & testatur
Kepplerus in Astronomia optica pag.
941. & refert Leuera in cap. 8. sui Prod.
pag. 195.

Merc. Propterea, si Ricciolus, &
Cassinus habuissent experientiam, &
praxim integrum refractionum compe-
tentium cuilibet altitudini, & longitu-
dini Solis per Organa ipsorum obserua-
tæ in horizonte Bononiæ, nec non ma-
gnitudinem diametro Solari competen-
tem in qualibet Solis eleuatione in situ,
tum horizontali Bononiæ, tum ab Apo-
gæo ad Perigæum, & à Perigæo ad Apo-
gæum ibidem; Qualis experientia in-
hoc subtili negocio, & potissimum in-
gressum Solis in puncta Aequinoctio-
rum, & Solstitiorum maxima requiritur,
quæque non nisi plurium annorum cre-
berrimis, & diutinis obseruationibus
acquiri potest, vt dictum est; eam-
que experientiam, praxim, & peri-
tiat refractionum, ac Diametri Solaris,
habuisset Cassinus. & Ricciolus præce-
dentem obseruationibus æquinoctiorū
ab eis in lucem datis, quemadmodum
habuit Tycho in horizonte suo per in-
numerias ferme obseruationes Reipubli-
cæ literariæ notissimas: exigua sane
fuisset differentia inter obseruationes
per ipsos editas Aequinoctiorum Veris,
& illas Tychonis; quemadmodum exi-
guæ est æquinoctiorum autumnalium, &
Solstitij æstivæ, ab ijsdem Tychonis, vbi
minores accidunt refractiones, quam
Veris tempore, attollentes plus iusto So-
lem, grandioremque eundem Solem ef-
ficientes, quam reuera sit, vt patet in
collationibus illarum Autunalium Ric-
cioli factis à Leuera cum illis Tychonis
in cap. 3. sui Prod. pag. 117. & in cap. 13.
pag. 297. Nulla vero ferè differentia, si
etiam adhibuisset parallaxes visitatas, vt
dixit Leuera vbi supra in d. cap. 3. à pag.

119. Non enim satis esse posse videtur Republicæ literariæ , quæ solam dilit veritatē, ut Ricciolus paratus sit quo- uis pignore contendere parallaxim Solis intra vnicum minutum consistere , vel certè non supra; sed opus est probare quod intendit, nec sufficit allegare se , & Cassinum plures fecisse obseruationes refractionum , & parallaxium , & diametri Solaris, sed opus est eas in medium afferre , producere , & exhibere , vt sub Iudice sint , tum quoad modum , & tem- pus earum , tum quoad earumdem per- fectionem. Quis enim consentiat ad ve- teris Astronomiæ reformationem, ac no- uæ fundationem ex duabus tantum , aut quatuor obseruationibus spatio biennij , aut quinquennij adunatis , ijsque festi- nanter in lucem editis, & pluribus Or- ganis necessarijs ad recte obseruandum vix fabricatis , aut nondum confectis , aut probatis , & refractionum mole pe- nitius indigeta?

Sau. Praxis quidem , & ars ritè & re- ctè obseruandi , & mensurandi motus cœlestes, non acquiritur paucis annis , vt visum est , nam Tycho , Eclipticæ obli- quitatem , Solis eccentricitatem , anni magnitudinem, Tabulas mediorum mo- tuum , & Apogei , atque æquationum , ac declinationum Solis , eorumque epo- chas , & radices in lucem non prodidit , nec Catalogum Stellarum fixarum defi- niuit , nisi post acquisitam , & posterita- ti relictam peritiam refractionum , in- qua omnes Astronomos superauit , & primus refractionum mensor merito di- catus est , & non nisi post innumerās ferē obseruationes , tum refractionū, tum mo- tuum spatio annorum triginta , veluti patet per currentibus librum Progymn. Tychonis. Immò prædicta omnia nec viuens in lucem dedit , vt legitur in prin- cipio eorumdem Progymn. Sed sui hære- des edidere; Fuit enim opus posthumum liber ille, nam typis inchoata Progym- nasmata Vraniburgi Daniae , absoluta- fuerunt Pragæ , Bohemiae , anno 1602. post ipsius Tychonis obitum , & Ephe- merides Solis , & Lunæ pro annis 1598 . & 1599. biennio ante mortem , & post

in ueteratam praxim , & experientiam in obseruando scripsit , & Imperatori Ro- dulpho II. dicauit , quę manuscriptæ re- periuntur in Bibliotheca Serenissimæ Reginæ Suetiæ .

Sau. Indubitatum est pñnes vniuer- sam Rempublicam literariam , incom- parabile esse experientiam Tychonis in obseruando motus cœlestes cum expe- riencia Riccioli , & longè incomparabi- liorem cum experientia Cassini ; Ideò non esse recedendum ab obseruationi- bus Tychonis, tum ratione sui assidui stu- dij , peritiae , & experientiæ triginta an- norum in obseruando motus cœlestes , tum ratione multiplicatatis Instrumen- torum , & organorum , atque locupletissimi auxiliij Regij , & Cæsarei , & pluri- um semper in obseruando Peritorum Ministrorum , & Adiutorum .

Merc. Recte sentis Sauini .

Sau. Animaduertisti nè in Epistola Riccioli indirectam eneuationem ob- seruationum Tychonis , quando enixè Ricciolus opposit eas propositas , & lau- datas fuisse à Leuera obseruationum in- experto .

Merc. Notaui ; sed iā Leuera in præ- fatione sui Prod. pag. 29. declarauit se noluisse vitam inutiliter terere in obser- uandis motibus cœlestibus , cum satis , superque sint obseruationes , quas à duo- bus ab hinc millibus annis , & vltra ha- bemus Virorum in Astronomia , ac Vra- nometria Principum , licet ipse nouerit , & plenè describat omnia necessaria re- quisita ad recte perficiendas obserua- tiones , vt videre est in suo Prodromo pag. 127. col. 2. & à pag. 197. col. 2. & 198. usque ad 200. que requisita , quia non adimplētur à recentioribus Vranometris propter inexperientiam , & difficulta- tem doctrinæ refractionum , eiusque coniunctionis cum doctrina parallaxiū ; Ideò omes aberrare necesse est in suis obseruationibus , quia scientiam motu- um planetarum , & Stellarum sub Zodiaco minime adipiscimur per obserua- tiones diurnas positum sub Zodiaco eo- rumdem Planetarum , & Stellarum , sed per obseruationes diuturnas periodoru-



ac Circulationum eorumdem Planeta-
rum , & Stellarum sub Zodiaco . Pro-
pterea hinc est, vt vita vnus hominis, ni-
hil sit ad huiusmodi obseruationes om-
nes perficiendas, cum Saturni Circulatio
non compleatur , nisi spatio annorum
ferme triginta , & Stellarum fixarum
circulatio non nisi in annis 24. millibus.
Cum autem nullus mortalium huiusmo-
di obseruationes fecerit , neque facturus
sit : Ideo Leuera declarauit quoque in
præfatione sui Prodromi pag. 23. & 24.
& in cap. 4. pag. 154. Astronomia scien-
tiam integrum , & perfectam neminem
vnquam consequutur per solas obser-
uationes motuum , posituumque plane-
tarum, ac Stellarum , nec proprias , nec
alienas quibuscumque etiam optimis In-
strumentis confectas , atque etiam cum
integra experientia , & praxi refractio-
num attollentium in aerem plus iusto
plauetas , & Stellas , earumque dia-
metrum pariter augendo ; nisi studio in
vniuersa philosophia , & Astronomia
maximo , ac præcipui luminis ductu per-
uenerit ad notitiam quoque numeri ,
quem Natura Opifex ab æterno decreuit
singulis circulationibus , & periodis mo-
tuum singularum Sphærarum , ac Plane-
tarum eorumque Apogæorum, & Nodo-
rum , & ad notitiam harmonię , & pro-
portionis , ac analogię inter singulas
circulationes , & periodos dictorum cæ-
lestium corporum , scilicet inter dictos
adiucentos numeros cuiuslibet circula-
tionis, hactenus à mundi primordijs, factę ,
vel faciendę , veluti significauit in toto
dicto cap. 4. sui Prodromi , quæ quia
sunt valde recondita ; Ideo hactenus
planetarum motus integri non haben-
tur , vt fassus etiam est ipse Ricciol. in
lib. 9. Almag. sui cap. 5. pag. 268. & re-
fert etiam Leuera in suo Prodromo cap.
9. pag. 207. Hinc est vt tam propter ho-
rum numerorum, ac periodorum nullam
cognitionem , quam ob defectum pluri-
marum obseruationum , quæ longaum
requirunt vitam, Ricciolus non satis di-
gestum ediderit Almagestum, quod ipse
Centorem quoque nuncupat in pag. 19.
sua præfationis , omnesque motus cæle-

stes sub interim decr cuerit , ac in suspen-
so reliquerit , & adhuc post annos 12. à
dicta Almagesti sui editione in suspensi-
maneant.

Sau. Perspicuum iam est, quicquid di-
xerit Ricciolus , nihil obstare doctrinæ
Prodromi , an Leuera obseruauerit , vel
non obseruauerit motus cælestes , quia
protestatus iam fuit in dicta præfatione
sui Prodromi noluisse , nec potuisse fun-
dere Astronomiam super obseruationi-
bus suis , sicut fundare frustra conantur
omnes moderni , sed veterem Astro-
nomiam Ægyptiorum ab obseruationibus,
insigniorum omnium Astronomorum re-
stitutam , promulgare cœpisse , eorum-
que obseruationibus , & documentis
principaliter innixum fuisse.

Merc. Quamuis ars obseruandi rudi-
modo , & crassa Minerua sit facilis , &
brevissime à quolibet etiam Astronomie
non erudito comprehendatur: tamen ars
obseruandi exquisitè , perfectè , & præ-
cisè ad secunda usque scrupula , est cui-
libet difficultima , & tardissime compre-
hendi potest , quia non nisi longæuis stu-
dijs , & laboribus , ac frequentibus erro-
ribus in obseruando , & ab illis te se-
emendando , discitur , & acquiritur: ve-
luti exemplum est in Tychone , qui ab
anno 1570. usque ad annum 1601. didi-
cit artem obseruandi , & illum non pu-
duit , neque erubuit errores in suis ob-
seruationibus , & opinionibus fateri , &
se ab illis emendare , vt legitur in lib.
Progymn. pag. 15. & difficultates quo-
que maximas recensuit etiam circa horo-
logia requisita in obseruando , vt a pag.
242. & 151. eiusdem libri Progymn. &
imperfectiones logarithmorum, ad effi-
giendum labores in suppeditando , veluti
etiam intuit Greimbergeri in sua Tri-
gonometria, vbi de Triangulis Sphericis
pag. 70. Immo errores , & hallucinations
in obseruationibus plurimi esse possunt
tam ratione imperitiæ refractionum, alio-
rumque requisitorum , quam non inte-
græ dispositionis artificium obseruantium,
etiam si exquisita , & optima sint In-
strumenta , quibus utantur , inter quos
errores Robertus Duldæus Dux Nor-
tum-

tumbriæ in suis prægrandibus libris Ar-
canorum maris, qui fuit summus obser-
uator, & plurium Instrumentorum ad
obseruandum inuentor, & Tychonis se-
ctator, & admirator, enumerat decem
errores Vranimetrorum in obseruando
altitudinem Solis, & Stellarum, in qui-
bus de facili incident, ut legitur in lib.
5. dd. Arcanocam maris pag. 13. se-
cundæ editionis. Et quod peritiam re-
fractionum plene ediscere sit fere impos-
sibile, testatur etiam Tycho in lib. Pro-
gymn. pag. 109. veluti etiam quod ada-
ptatio, ac dispositio centri oculi artifi-
cis obseruantis, ad centrum luminarium
ac Stellarum, sit fortunæ magis, quam
artis opus, ac proinde longam anno-
rum experientiam requirat, testatur
idem Tycho in dict. lib. Progymn. pag.
676. Quam autem facile sit errare non
modo in minutis, sed etiam in gradibus
in obseruando, exemplum in promptu est
in obseruationibus Cometæ anni 1652.
Decembris, & Ianuarii 1653. quæ pa-
rallaxim nullam omni modo obtinuisse
affirmarunt Bullialdus Parisijs, Gassen-
dus Diniæ, Vanlangren Bruxellis, Spi-
nelli Patauii, & Bataui Lugduni Bata-
uorum; Et soli Bononienses ei tribuerunt
parallaxim minutorū decē, & tamen ob-
seruationes d. Cometæ factæ iisdem die-
bus, & horis, atque etiam in eadem
Ciuitate, etiamsi in diebus vltimis suæ
apparitionis vix moueretur ille Cometa
à loco diei præcedentis; differunt in-
uicem enormiter per gradus in loco d.
Cometæ assignando illa eadem die, &
hora, vt videre est in libello Andreæ
Argoli de Cometa anni 1652. & 1653. in
pluribus primis paginis, & pag. 26. & seqq.
Et Io. Baptista Du Hamel in libr. 2.
Astronomiæ Physicæ pag. 105. & latius
in libr. 2. probl. vlt. pag. 215. referens
causas cur recentiores Astronomi neque
inter se, neque cum veteribus consenti-
ant, siue Stellarum obsignent loca, siue
Solis, & Lunæ diametros apparētes au-
cupētur, vel eorum à terra distantias me-
tiantur, vel Solis eccentricitatem, aut
anni magnitudinem definiant; sic ait:
Nam tot recurrent inter obseruandum

impedimenta partim ex visus deceptio-
ne, partim Instrumentorum vitijs, vel
denique ex ipsis refractionibus, & paral-
laxibus; quæ omnia nisi accurate distri-
buantur, atque optime disponantur,
stellarum loca designari non possunt; ita
ut mirum non sit si præstantissimi Astro-
nomi aliquot minutis aberrent, etiam
in loco, motuque Solis inuestigando.
subdens d. pag. 215. Veteres quidem
vsi sunt quadrantibus circulorum, quo-
rum singulos gradus vix in tres partes
distribuebant, nonnumquam paruos ad-
hibuere Gnomones, in quibus difficile
fuit confinium lucis, & tenebrarum di-
scernere; Quidam stylum in centro he-
misphærij erigebant, ex cuius umbra,
Solis conicebant locum, vbi error vnius
gradus facile potuit obrepere; Semidia-
metrum quoque Solis addere, vel sub-
trahere ipsius altitudini, neglexerunt;
Plerique numeris rotundis vtebantur,
neque minutorum, vel secundorum adeo
soliciti erant; Postremò, instrumenta li-
gneæ adhibebant, quæ temporum de-
cursu detorqueri solebant, vel situm-
sum in meridiana linea commutare.
Nonnulli etiam ex parte visus; Quædam
ex siderum luce; pleraque ex inte-
rieeti spatij varijs affectionibus incur-
runt, scilicet propter aeris diuersas re-
fractiones, quæ nonnihil de obserua-
tionum certitudine detrahunt. Ab his au-
tem, causas errorum esse subdit, quia
centrum Instrumenti non est ipsius ocu-
li punctum, in quod confluunt radii dua-
rum Stellarū; quarum V. G. queratur in-
teruallum, nam plus æquo est apertum,
& maiorem siderum distantiam, vel eti-
am maiores diametros Solis, & Lunæ,
quam reuera sint, exhibet. Accedit
etiam quod non eodem modo oculi in-
omnibus conformantur, alijs pupilla est
apertior, alijs contrātor: crystallinus
humor in quibusdam est rotundior, in
nonnullis magis complanatus: hinc re-
rum imagines, vel contrahit, cum glo-
bosus est, vel dilatat, vbi planior existit;
qua propter vix duo Astronomi, qui eo-
dem obseruant tempore, omnino inter
se conueniunt. Insuper lux etiam ip-

C 2 sius

sius sideris ampliorem in oculis efformat imaginem, & lucidi corporis speciem mirifice auget: nam quæ candida sunt, & illustria, ultra quam par sit, maiora cernuntur, ut appareat in lucido cornu Lunæ, quando Luna est in prima, vel ultima phasi, nam longe maiori circulo circumscribitur, quam reliquum corpus; & è contra Luna in eclipsi minor apparet, quam cum est orbe plena; Sic nocte aceensæ faces eminus visæ, longe maiores, quam reuera sint, apparent; & Stellæ lucecente aurora multum imminuuntur, & noctu longe maiores, quam par sit cernuntur, tum quod lux illa tremula, & scintillans Stellarum plures neruulos membranulæ existentis in fundo oculi percutiat, tum etiam quia de nocte pupilla magis explicatur, & dilatatur. Accedit denique capillitiū, seu coma quædam lucidis corporibus adhærescens, quæ eorum imagines non parum auget, quod radij corporis lumenosi, vel in crepidine palpebrarum dispergantur, vel in humoribus oculi refringantur; Indicio est quod Stella per angustissimum foramen conspecta hoc veluti capillitio exuatur, et minor apparet.

Sau. Recordarisne Mercuri quando mensibus elapsis legimus Geographiam reformatam à Ricciolo nuper editam, in ijs locis vbi Ricciolus tantopere laudat obseruationes Cassini, quanta nos inua serit curiositas inspiciendi num inter se conueniant hi duo Astronomi in suis obseruationibus?

Merc. Recordor nos suscepisse Almagestum nouum Riccioli, & Specimen obseruationū Cassini, & lecta in d.lib. 3. Almag. cap. 15. pag. 138. obseruatione æquinoctii autunalis a Ricciolo habita Bononiæ anno 1643. die 22. Septembris anni Gregoriani h. 22. 25. p.m. et pariter lecta in dicto Specimine obseruationū Cassini pag. 10. obseruatione Aequinoctij autunalis a Cassino habita anno 1655. pariter Bononiæ die 22. Septembris anni noui Gregoriani hor. 18. 55. p.m. repertum fuit non existere inter dicta æquinoctia ab eis in annis predictis obseruata, illam distantiam temporis, quæ re-

quiritur ad anni magnitudinem ab ipsis determinatam, scilicet dierum 365. h. 5. 49. ferè circiter, sed longè diuersam; nam si anno 1643. æquinoctium autumnale verè fuit die 22. Septembris hor. 22. 25. p.m. Bononiæ, ut exquisitissime se obseruasse affirmat Ricciolus in lib. 3. Almagest. cap. 15. pag. 138. Equidē post duodecim annos cōpletos, videlicet anno 1655. ad rationem d. magnitudinis anni per eos, & per omnes fermè Astronomos determinatæ, æquinoctium autumnale esse debuit die 22. Septembris hor. 20. 13. p.m. & non hor. 18. 55. sicut obseruauit Cassinus, & affirmat in dicto suo libello obseruat. anni 1655. & 1656. pag. 10. Vel si dicto anno 1655. æquinoctium autumnale vere fuit hor. 18. 55. p.m. Illud quod præcessit ei per annos 12. scilicet anno 1643. esse debuit die 22. Septembris hor. 21. 7. p.m. & non hor. 22. 25. sicut obseruauit Ricciolus: & propterea in eam venimus sententiā, quod enorū ista differentia inter ynicas, & accuratissimas obseruationes ipsorum, euidenter demonstrat, quanta sit obseruationum eorumdem imperfectio, infirmitas, & fallacia, & quam imbecilles, & inconstantes sint bases, super quibus fundare gloriantur anni cœlestis magnitudinem, ac radices, tabulasque, & ephemerides motuum Solis, & reliqua, ac proinde noue Astronomiae fundatores nuncupari, Tychoisque, & aliorum omnium Astronomorum veterum, ac modernorum obseruationes, & documenta contemnere, anni magnitudine inter ipsos quoque diuersa existente, & Apogei loco, eoque erroneo, ut plene probat Leuera in c. 5. sui Prodromi pag. 156. & 157.

Sau. Fuit quoque lecta per nos in d. lib. 3. Almagesti noui Riccioli cap. 24. pag. 154. obseruatio æquinoctii Veris à Ricciolo habita Bononiæ anno 1647. die 20. Martij more Gregoriano hor. 5. 56. p.m. atque etiam in dicto specimine obseruationum Cassini pag. 10. obseruatio æquinoctii Veris à Cassino habita pariter Bononiæ anno 1656. die 19. Martij anni Gregor. hor. 9. 50. p.m. & fuit reperta quo-

quoque in his obseruationibus vernalibus inter eos discrepantia; nam si anno 1647. æquinoctium Veris fuit verè die 20. Martij hor. 5. 56. p.m. sanè post 9. annos expletos, videlicet anno 1656. ad rationem d. magnitudinis anni per eos, & per alios omnes ferè Astronomos definitę dierum 365. & hor. 5. 49. cir. Æquinoctium Vernale esse debuit die 19. Martij anni Greg. hor. 10. 17. p.m. & non hor. 9. 50. sicut obseruauit Cassinus: Vel si dicto anno 1656. dictum æquinoctium Veris fuit verè hor. 9. 50. p.m. illud quod præcessit ei per annos 9. scilicet anno 1647. esse debuit die 20. Martij anni Greg. hor. 5. 29. p.m. & non hor. 5. 56. sicut obseruauit Ricciolus.

Merc. Recordor quoque quod ex his in suspicionem rationabiliter deuenientes de erroribus Epocharum, & tabularum Riccioli, & Cassini, denuo accipimus librum Almagesti Riccioli; & vertendo folia Almagesti, inuenimus in d. lib. 3. cap. 15. pag 138. col. 1. & 2. obseruationes æquinoctiorū autumnalium anni 1643. & 1646. à Ricciolo accuratissimè factas, vt ibi late refert, & vidimus sibi ipsis non constare, nec consistere posse, ac proinde Epochas, & radices motuum Solis exinde deducatas esse falsas; Etenim inter has duas ipsius obseruationes æquinoctiorum autumnalium non datur illa distantia temporis, quæ requiritur ad anni magnitudinem ab ipso, alijsque Astronomis ferè omnibus modernis præfinitā, & determinatā dierum 365. & hor. 5. 49. minutorum circiter: sed singulis annis per 20. minuta magnitudo anni cœlestis foret maior, quam re vera sit, & quam ipse Ricciolus definierit, nam si anno 1643. æquinoctium autumni fuit die 12. Septembris anni Juliani hor. 22. 25. p.m. Bononiæ, Profecto anno sequenti 1644. bissextili fieri debuisset, ad rationem d. suæ magnitudinis anni cœlestis, die 12. Septembris hor. 4. 14. p.m. pariter Bononiæ; & anno 1645. debuisset esse die 12. Septembris hor. 10. 2. p.m. & dicto anno 1646. in quo ipse obseruauit dictum æquinoctium autumnale, fieri debuisset ad

rationem d. suæ magnitudinis anni cœlestis die 12. Septemb. hor. 15. 51. p.m. pariter Bononiæ, non autem hor. 14. 56. p.m. vt ipse accuratissimè obseruasse affirmat. Si verò fuit hoc æquinoctium autumnale an. 1646. hor. 14. 56. p.m necessario illud 1643. ad rationem d. suæ magnitudinis an. debuisse esse hor. 21. 30. p.m. & nō h. 22. 25. p.m. Propterea hinc consequi necessario vidimus, quod Epochæ Solis ab ipso Ricciolo determinata in lib. 3. Almagesti sui cap. 33. pag. 183. per hanc obseruationem æquinoctii autumnalis anni 1646. & tabulae medij motus Solis exinde construetæ, sint pariter erroneæ, & consequenter vidimus quoque erroneam esse anni cœlestis magnitudinem dierum 365. & hor. 5. 48. 40⁴ ab ipso desumptam, & determinatam per hanc obseruationem Æquinoctii Autumnalis an. 1646. de qua anni magnitudine à se sic excogitata gloriatur in d. lib. 3. Almag. sui cap. 15. pag. 138. col. 1. & 2. in fine inquiens eam ab ipso desumptam, & elicitam fuisse adhibita parallaxi, & non gratis, sed ex obseruationibus suis. Nec non vidimus esse erronea, & falsa Interualla motus diurni Solis à 0. ω ad 0. Y. sumpta per has suas erroneas obseruationes Æquinoctiorum autumnalium anni 1643. & 1646. & per d. obseruationem Æquinoctij Veris anni 1647. ac etiam Solstitij estiui anni 1646. dissentire, & diuersa esse ab interuallis ab ipso præfinitis in Almag. lib. 3. cap. 18. pag. 141. & 142. veluti etiam à ω ad Φ , & à 69. ad ω . Quis autem obseruationum Astronomicarum peritus non facile concedat hanc differentiam oriri ex imperfectione obseruationum, aut incertitudine parallaxium? vt in simili casu obseruationum firmat ipse Ricciol. in l. 3. Almag. sui cap. 30. pag. 175. col. 1.

Insuper voluendo folia Almagesti vidimus in l. 4. cap. 22. pag. 253. & cap. 24. pag. 256. Ricciolū firmasse Epochā Lunæ per obseruationem suam Eclipsis Lunæ die 27. Septembris anni 1643. quam Epocham Lunæ non solum erroneam, & falsam esse cognouimus per dictam ob-

obseruationem suā æquinoctij autumni eiusdem anni 1643. Sed etiam per Lunę locum sub Zodiaco erroneum à Ricciolo deductum per d. Eclipsem Lunæ diei 27. Septembris hor. 7. 30. p. m. Bononiæ in gr. 4. 29. Ω . Υ . Nam cum ingressus Solis in Ω . dicto anno 1643. nempe in punctum æquinoctij autumnalis fuerit à Ricciolo obseruatus die 22. Septembris anni Greg. hor. 22. 25. p. m. Bononiæ, sanè die 27. Septembris hor. 7. 30. p. m. similiter Bononiæ, nimirum in punto dictæ Eclipsis Lunæ, Sol debuisset esse in gr. 4. 21. o. circiter Ω . ad rationem veri motus diurni Solis post ipsius ingressum in Ω ab ipso Ricciolo obseruatum; Minime autem in gr. 4. 29. 34. Ω nec Luna ibid. opposita Soli, quæ notabilis aberratio minutorum primorum octo in loco Solis, vel d. obseruationem Riccioli ingressus Soli in Ω & æquinoctii autumnalis d. anni 1643. veram non esse declarat, vel obseruationem huius Plenilunij falsam esse conuincit; & ideo de suarum obseruationum defectu, & fallacia edocti, aliud legere in dicto Almagesto non curabamus, reminiscentes etiam errorem Riccioli circa nullam Eclipsem Solis anni 1661. de mense Martij, & circa totalem Eclipsem eiusdem Solis eodem anno 1661. de mense Septembris in Catalogo Eclipsum editorum in sua Cruce Geographica, nec non animaduertendo delineationes Imaginis Lunæ plenæ factas per Ricciolum in eodem suo Almagesto, prorsus difformes ab imagine Lunæ cum maculis illis, quæ nudis oculis intuentium sensibiliter apparent absque ullo Instrumento, perspicillo, nec Telescopio, atque etiam diuersas ab alijs Obseruatoribus in eodem horizonte Bononię, sicuti à Montanario ibidem, & ab Eustachio Romæ. Sed antequam Almagestum ipsius clauderemus obuiam venit nostris oculis exemplum loci Lunæ in meridie diei 13. Februarij Anni 1641. quod exhibit in d. lib. 4. Almagesti sui cap. 28. in fine pag. 282. ubi Lunæ motum, & longitudinem definit secundum suas obseruationes, & errore firmando elongationē Lunæ à \odot esse signorum 1. gr. 11. 59. 52. ac statuendo

locum Solis verum ex suis tabulis in gr. 24. 19. 14. ω . cum secundum Tycho. nem, Argolum, & Lansbergium, quo ibi refert, fuerit in gr. 25. 15. circiter ω & secundum medium motum Sol eodem tempore non fuerit nisi in gr. 23. 44. circ. ω . elicit verum Lunæ locum in meridie illius diei 13. Februarij 1641. ab enormiter falsa elongatione Lunæ à \odot , locumq; Lunæ verū sub Zodiaco firmat esse secundum suas tabulas in gr. 7. 14. 44. Υ diuersum ab Argolo, Lansbergio, & Copernico, qui dictum Lunæ locum per gr. 1. & minuta usque 26. minus supputant eadem die, & hora.

Sax. Et ponderauimus verba ibi dem Riccioli, dum inquit, Quare nemini falsus noster calculus videri debet, eo quod pluribus interdum minutis à loco aliorū differat: Sed consulendum potius cœlum, & ex obseruationibus corrigēdē hypotheses, siue aliorū, siue nostre.

Merc. Visis per nos huiusmodi insignibus in obseruando erroribus, & exinde in Epochis, & Tabulis motuum Solis, & Lunæ ab ipso Ricciolo constructis, & prefinitis etiam ab an. 1641. nimirum ante quam cœperit obseruare motus Solis, videlicet unum Solstitium, & tria æquinoctia ab anno 1643. ad 1647. tantope re per ipsum decantata, nobis superuenit curiositas examinandi quoque ingressus Solis in Υ . obseruatos, & in lucem editos à Caiſino in dicto libello suarum obseruationum anni 1655. & 1656. pag. 19. cum ingressibus Solis pariter in Υ . motibusque Solis diurnis ab anno 1661. ad 1665. secundum suas Tabulas supputatis, & deductis ab obseruationibus Solaribus per Gnomonem magnum in Templo S. Petronij Bononiæ ab ipso reformatum, & perfectum anno 1655. Astate, qui motus diurni Solis dd. quinq; annorū editi sunt in Ephemeridibus nouissimis egregij Marchionis Cornelij Maluasi à pag. 157. & comparato ingressu Solis anni 1661. in o Υ cum ingressu Solis anni 1656. pariter in o Υ . vixum palam est sibi inuicem hos ingressus non constare, sed alterutrum eorum esse erroneum, & falsum, nam in pag. 49. d. libelli obseruationum anni 1655. &

1656. Ingressum Solis in o. Y. videlicet in punctum æquinoctij Veris dicti anni 1661. affirmat Cassinus fuisse die 19. Martij hor. 14. 57. p. m. Bononiæ, & in dd. Ephemeridibus nouissimis supputat à pag. 152. ad pag. 157. cumdem ingressum Solis in o. Y. scilicet in punctum æquinoctij Veris secundum suas pariter Tabulas consentientes ad miraculum cum obseruationibus per dictum Gnomonem factis, fuisse die 19. Martij hor. 15. 51. 30⁴. p. m. Bononiæ eodem anno 1661. Similiter in d.libello obseruationū affirmat vbi supra anno 1662. ingressum Solis in o. Y. fuisse die 19. Martij hor. 20. 46.¹ p. m. & in ijsdem Ephemeribus nouissimis pag. 160. fuisse die 19. Martij hor. 21. 39.¹ p. m. eodem anno 1662. Pariter in eodem libello obseruationum in allegata pag. 19. firmat ingressum Solis in o. Y. anno 1663. futurum die 20 Martij hor. 2. 35.¹ p. m. & in Ephemeridibus nouissimis pag. 163. supputat futurum die 20. Martij h. 3. 30.¹ p. m. eodem anno 1663. Similiter in eodem libello obseruationū exhibit ingressum Solis in o. Y. anno 1664. futurum die 19. Martij hor. 8. 24.¹ p. m. & in dd. suis Ephemeridibus pag. 166. supputat futurum die 19. Martis hor. 9. 19.¹ p. m. eodem anno 1664. & denique in eodem libello in d. pag. 19. affirmat ingressum ☽ in o. Y. anno 1665. futurum die 19. Martij hor. 14. 13.¹ p. m. & in dd. suis Ephemeribus pag. 169. supputat futurum die 19. Martij hor. 15. 8.¹ p. m. eodem pariter anno 1665.

Et cupientes videre, An in suis obseruationibus Solis autumnalibus sit sibi constans Cassinus, & conformis, & non contrarius suis obseruationibus per Gnomonem factis, sicut repertus est in Vernalibus, pariter inuenimus contrarietatem inter dictas Ephemerides motu ☽, eiusque ingressum in punctum autumnale ☽ dd. quinque annorum, impressas post Ephemerides Lansbergianas Marchionis Maluasiæ à d. pag. 152. & inter obseruationem æquinoctii autumnalis à se, vt ait, exquisitissimè factā anno 1655. Etenim ad rationem magnitudinis anni

ab ipso Cassino definitæ in dicto suo libello obseruationum anni 1655. & 1656. pag. 16. nempe dicrum 365. & hor. 5. 49. æquinoctium autumnale anni 1661. fieri debuisset die 22. Septembris hor. 5. 49. p. m. Addendo sex vicibus dictas horas 5. 49. debitas magnitudini anni ab ipso Cassino existimatæ, dictæ diei 22. Septembris, & hor. 18. 55.¹ anni 1655. vbi exquisitissimè se obseruasse affirmat per Gnomonem Magnum, ☽ ingressum in punctū autumnale ☽: Non autem fieri debuisset veluti sibi contrarius supputat in dd. Ephemeridibus nouissimis post Ephemerides Lansbergianas Marchionis Maluasiæ pag. 157. die 22. Septembris hor. 4. 55.¹ p. m. eodem anno prædicto 1661. Et pariter Aequinoctium autumnale anni 1662. fieri debuisset die 22. Septembris h. 11. 38.¹ p.m. addendo septem vicibus dictas horas 5. 49. dictæ obseruationi suæ æquinoctii autumnalis anni prædicti 1655. minime autem fieri debuisset die 22. Septembris hor. 10. 44.¹ p. m. eodem anno 1662. veluti sibi contrarius supputat in dictis Ephemeridibus suis nouissimis pag. 160. & similiter Aequinoctium autumnale anni 1663. fieri debuisset die 22. Septembris hor. 17. 27.¹ p. m. addendo octo vicibus dictas horas 5. 49. dictæ obseruationi suæ illius Aequinoctij autumnalis anni 1655. Secus autem fieri debuisset die 22. Septembris hor. 16. 34.¹ p. m. eodem anno 1663. veluti sibi contrarius supputat in dd. Ephemeridibus pag. 163. Et patiter Aequinoctium autumnale anni 1664. fieri deberet die 22. Septembris hor. 23. 16.¹ p. m. addendo nouem vicibus dictas horas 5. 49. dictæ obseruationi suæ autumnali anni 1655. secus autem fieri deberet die 22. Septembris hor. 22. 23.¹ p. m. eodem anno 1664. veluti sibi contrarius supputat in dictis suis Ephemeridibus pag. 166. Et denique Aequinoctium autumnale anni 1665. fieri deberet die 22. Septembris h. 5. 5.¹ p. m. Addendo decem vicibus dictas hor. 5. 49. dictæ obseruationi suæ autumnali anni 1655. secus autem fieri deberet die 22. Septembris hor. 4. 13.¹ p. m. eodem anno

no 1665, veluti sibi contrarius supputat in dict. ephemeridibus suis pag. 169. Nulla autem adest huius insignis contrarietatis excusatio, etenim cum agatur de enormi mutatione moræ solaris in semicirculo Australi ab eo præfinita in dicto suo libello, seu specimine obseruationum pag. 10. 11. & 12. à diebus 178. & hor. 14. 55. ad dies 178. & hor 16. 44. vt patet ex supputatione dierum ab ingressibus Solis in Ω . ad ingressus eiusdem in γ . non erant silentio prætereundæ rationes, & causæ huius mutationis duarum fere horarum dictæ moræ Solaris ab ipso tanta diligentia obseruatæ in semicirculo Zodiaci Australi, & per quam intrepide correxit moram à Tycone in eodem semicirculo Australi determinatam dierum 178. & h. 11. 2. existimans ideò Tyconis æquinoctia cum suis nullo modo conciliari, non solum ad minuta, sed etiam ad aliquot horas, vt ait pag. 18. & eo magis, quia in pag. 19. id serio promisit. Verum dictæ promissionis forsan oblitus, nullam adducit in his ephemeridibus causam, nullam rationem, nullam obseruationem perfectiore, & evidenterem, nullumque verbum de tam insigni mutatione facit.

Sau. Ingente hanc disceptantiam, & contrarietatem in ingressibus Solis in punctis A equinoctiorum, tā Veris, quam Autumni, admirati fuimus, & Cassini facilitatem in contemnendo Tyconis obseruationes, easque corrigendo in dicto suo libello pag. 12. & 16.

Merc. Evidem aliud est obseruare, & determinare loca \odot præsentia per Gnomones; aliud determinare loca \odot futura, vel præterita per eosdem Gnomones: Loca namque Solis præterita, vel futura non demonstrantur per Gnomones. Cum ergo Cassinus determinauerit loca \odot futura diurna, necesse est, vt illa supputauerit ex suis Tabulis; quia, vt ipse gloriatur in dicto libello obseruationum anni 1655. & 1656. pag. 8. 9. & 22. ad ultimum scrupulum secundum, conformes generaliter sunt, & ad miraculum consentientes cum dd. suis obseruationibus per d. Gnomonem factis,

necessariò consequitur, vt vel suæ obseruationes, vel suę Tabulæ, cum quibus admirabiliter consentiunt obseruationes per Gnomonem habitæ, vel utræque sint erroneæ, & falsæ; cum vnum & idem æquinoctium impossibile sit, vt fieri possit diuersis horis. Præterea ex inconsiderata correctione Aequinoctii; Veris anni 1584. à Tychone obseruati, per ipsum Cassinum facta in pag. 16. d. sui libelli obseruationum ab h. 21. 30. in quo vere fuit Vraniburgi, ad horam usq; 23. 6. p. m. diei 9. Martij anni veteris, vt eliceret anni magnitudinem per collationem Aequinoctij Veris anni 1656. ab ipso Cassino obseruati, cum dicto Aequinoctio Veris anni 1584. à Tychone obseruati, visum fuit erroneam esse anni magnitudinem dierum 365. & hor. 5. 49. à Cassino exinde deductam.

Insuper interuallum, seu moram \odot à Ω per β ad γ dierum 178. & hor. 14. 55. desumptam à Cassino in dicto suo libello obser. pag. 10. per unicam suam obseruationem Aequinoctij autumnalis anni 1655. & æquinoctij Veris anni 1656. suspectissimam esse vidimus; cum ad hanc præcisionem vix sufficiant plures, ac plures utriusque æquinoctij obseruationes inuicem consentientes ad d. moram, seu interuallum definiendum, ac proinde plures anni, vt de Tychone legimus; nec probatur per Cassinum veritas huius Interualli, ex quo concordat in eodem cum Ricciolo, quia nec Ricciolus exhibet nisi duas obseruationes Aequinoctij autumnalis, videlicet anni 1643. & anni 1646. & unam Aequinoctij Veris anni 1647. quæ quia erroneæ sunt, vt visum est, interuallum quoque prædictum necessariò est erroneum: & eo magis suspectum fit dictum interuallum à \odot per β usque ad \odot γ . à Cassino determinatum per unicam obseruationem, & considerationem prædictam, quia interualla ab Aequinoctijs ad Solsticijs, & à Solsticijs ad Aequinoctia, nec obseruauit, nec exhibuit: sed falsum quidem euidenter esse innotuit dictum Interuallum motus Solis, eiusque moram à \odot Ω ad \odot γ à Cassino definita, ex quo iam

iam ex deductis patet ingressus Solis in o. Y secundum obseruationes, & Tabulas ipsius sibi non constare, sed inuicem contrariari, cum vnu, idemque Ingressus Solis in o. Y. fiat singulis annis in diuersis horis secundum dd. suas obseruationes, & Tabulas.

Sau. Rursus de veritate assertarum suarum Tabularum redditus est suspectissimus Cassinus, quia cum eas haberet paratas, & constructas anno 1655. quando cœpit obseruare loca Solis per Gnomonem ab ipso fabricatum, proponit dubitationem de motu Apogæi Solaris, eiusque mobilitate pag. 13. 14. 15. dicti libelli suarum obseruationum: Et similiter post quam locum Apogæi Solis, cum quo confert suas obseruationes per Gnomonem factas cum suis tabulis, definiuit esse in gr. 8.35. Canceri fit dubius, & anceps proponendo modum cognoscendi motum Apogæi annum per Gnomonem, afferens quod in annis 40. poterit comprehendendi, utrum Solis Apogæum singulis annis uno minuto promoueat, & post hæc adhuc vacillans in suis Ephemeridibus diætorum quinque annorum pag. 156. impressis in Ephemeridibus Lansbergianis Marchionis Maluasix, ait Apogæum Solis reperi in gr. 7. Cancer nullam deducens obseruationem, per quam dictum Apogæum Solis ibidem existere debeat; Et similiiter dubium, & ancipitem se ostendit circa quantitatem anni Solaris, & Solis eccentricitatem in pag. 17. & 18. d. sui libelli, dum proponit posse per d. Gnomonem spatio quatuor annorum definiiri quantitatem anni Solaris magis, quam per collationem obseruationum omnium temporum, & circa Eccentricitatem inquit. Quare eccentricitas adhuc aliquantulum minuenda esset, ut scilicet minor euaderet æquatio adiectiva in æquinoctio verno, verusque Solis locus à refractione promotus retraheretur; In autumnali vero minor subtrahenda, ut verus Solis locus, quem refractio retrahit, in anteriora promoueretur.

Merc. Cum ergo Cassinus construxerit tabulas motuum Solarium ante obserua-

tiones eorumdem motuum per Gnomonem ab ipso faciendas, & contemnat, corrigatque Tychonis obseruationes eorumdem motuum Solis, & non exhibeat à quibus nam obseruationibus, vel suis, vel alienis Radices, Epochas, & Tabulas motuum Solarium construxerit, neque cum Keppleri Tabulis conueniat, vt ipse affirmit in pag. 155. Ephemer. suarum impressarum in dictis Ephemeridi bus Lansbergianis Marchionis Cornelii Maluasix, differens à Keppleri in longitudine circa Aequinoctia ad minuta ferè septem, nullam certè fidem merentur, nam spretis innumeris insignium Astronomorum ferme obseruationibus in lucem promulgatis; quis esset, qui assertis, & à nemine visis, secretisque obseruationibus adhereret, nesciendo quibus Instrumentis, quo loco, & quot annorum spatio, & quantæ fuerint assertæ huiusmodi obseruationes Solarium motum; cum nec de Observatorio, nec de Instrumentorum suppellectili, nec de ceteris apparatibus ad obseruandum, & ad peritiam obseruandi comparandam, ullibi mentionem unquam fecerit, & quadraginta annos, vt audiui, nondum habeat ætatis; & adhuc magis cum Radices harum Tabularum Cassini sint occultæ, nec pateat à quo principio, illustri videlicet Æra, seu Epocha sumant exordium: Si autem Epocha eorum est illa, quam supponit in exhibita Epistola responsua ad Ricciolum pag. 8. scilicet anno Christi Domini 940. adhuc latet, & ignota est radix talis Epochæ, nempe in quo signo, gradu, & minuto constituat medium motum Solis pro radice talis Epochæ. Interim in primis erronea est dicta Epocha, etenim cum definiat annum Christi 940. fuisset annum 1688. à Nabonassaro, & annum 1264. ab obitu Alexandri; Hoc est manifestè contra computum, & cronologiam Ptolemæi in lib. 3. Almagesti sui c. 2. quia, cum secundum Ptolemaeum annum 463. ab obitu Alexandri fuerit annum 887. à Nabonassaro, & secundum Cronologos omnes, & Astronomos, & pariter secundum Ricciolum in sua Cro-

D nolo-

nologia reformata fundamento 5. & in lib. 3. Almag. sni cap. 14. pag. 134. annus 140. Christi fuerit dicto anno 463. ab obitu Alexandri , & dicto anno 887. à Nabonassaro ; equidem additis annis 800. qui effluxerunt ab anno Christi 140. usque ad annum eiusdem 940, dictis annis ab obitu Alexandri 463. & dictis annis 887. à Nabonassaro, fiunt anni ab obitu Alexandri 1263. & non 1264. vt perperam putat Cassinus, & fiunt anni à Nabonassaro 1687. secus autem 1688. & propterea in hoc quoque error Cronologiae , quem ipse cum Ricciolo iniuste , & inconsiderate imponit Leueræ, est euidenter ipsius , & Riccioli. Quod confirmatur per obseruationem Äquinoctij autumnalis ab Albategno factam anno Epochæ Christi visitatæ 883. vt plenè probat Leuera in Prod. cap. 3. pag. 134. quia cum dictus annus Christi 883. fuerit annus 1206. ab obitu Alexandri secundum Albategnum, & Monteregium in Epit. Astron. lib. 3. propos. 2. necessario consequitur, vt additis annis 57. dd. annis Christi 883. & dd. annis Alexandri 1206. prædictus annus Christi 940. fuerit annus 1263. ab obitu Alexandri, non autem annus 1264. vt male supputat , & firmat Cassinus.

Præterea si Tabulæ Cassini constructæ sunt ad rationem magnitudinis anni ab ipso definitæ dierum 365. & h. 5. 49' errore quoque necessario erunt enormiter, semperque enormius, quia motus , & ingressus Solis in hæc , aut illa signa , gradusque , & minuta Zodiaci ab anno Christi 1655. retrocedendo usque ad dictos annos pariter Christi 940. nempè

*Ingressus ☽ in o. Y. punctum æquinoctiale
Veris in d. libello obseruationum*

Anno	Mense	D.	H.	M.
1661	Martij	19	14	57 p.m.
1662	Martij	19	20	46 p.m.
1663	Martij	20	2	35 p.m.
B. 1664	Martij	19	8	24 p.m.
1665	Martij	19	14	13 p.m.

in spatio annorum 715. erunt tardiores per supputationes secundum dd. Tabulas Cassini in min. 30. circiter motus, & in hor. 12. circiter temporis; & pariter post dictos annos 715. à d. anno Christi 1655. erunt quoque tardiores in minutis 30. circiter motus, ac in horis 12. circiter temporis , & post annos 715. duplicates nempe post annos 1430. à dictis Tabulis Cassini, motus , & ingressus Solis erunt tardiores per gradum circiter vnum motus , & per diem vnum circiter temporis à motu vero, ac tēpore motus cœlestis Solis , ac proinde loca Solis diurna per Zodiacum supputata cum dictis tabulis Cassini , quo vetustiora erunt, & quo longius, ac diu futura , adhuc magisteronea erunt ad plures quidem gradus, quemadmodum quoque sunt aliorum Astronomorum existimantium anni magnitudinē esse dier. 365. & h. 5. 49. & supputantium Tabulas medii motus Solis ad rationem dictę magnitudinis anni , sicut notat Leuera in Prod. cap. 3. pag. 114. col. 2.

Sax. Ut autem clarius innescant superius visæ contrarietates in motibus, positibusque Solis , deductæ ab obseruationibus Cassini per Gnomonem factis, atque etiam cum suis Tabulis, vt pluries affirmat admirabiliter concordantibus cum dd. obseruationibus ; transcripsi Ingressus Solis in punctis Äquinoctiorum Veris, & Autumni, prout ipse Cassinus supputauit in libello suarum obseruationum anni 1656. pag. 19. & in lib. Ephem. nouiss. Marchionis Maluañæ à pag. 157.

*Ingressus ☽ in o. Y. punctum æquinoctiale
Veris in dd. Ephemeridibus.*

Anno	Mense	D.	H.	M. S.
1661	Martij	19	15	51 30 p.m.
1662	Martij	19	21	39 p.m.
1663	Martij	20	3	30 p.m.
1664	Martij	19	9	19 p.m.
1665	Martij	19	15	8 p.m.

Ingressus ☽ in o. secundum obseruationem Per Gnomonem factam anno 1655. prout in libello obseruationum Cassini pag. 20.

Anno.	Mense	D.	H.	M.
1661	Septembris	22	5	49 p.m.
1662	Septembris	22	11	38 m.p.
1663	Septembris	22	17	27 p.m.
B. 1664	Septembris	22	23	16 p.m.
1665	Septembris	22	5	5 p.m.

Ingressus ☽ in o. secundum Ephemerides nouissimas Cassini à dict. pag. 157.

Anno.	Mense	D.	H.	M.
1661	Septembris	22	4	55 p.m.
1662	Septembris	22	10	44 p.m.
1663	Septembris	22	16	34 p.m.
1664	Septembris	22	22	23 p.m.
1665	Septembris	22	4	13 p.m.

Merc. A trutina igitur obseruationum Riccioli, & Cassini, super quibus nouam suam Astronomiam fundarunt, patet euidenter tanquam in speculo, eas omnes non solum sibi inuicem, verum etiam singulas sibi ipsis minime coherere, sed insigniter contrarias esse; quod necessariò ascribendum est vel ipsis obseruatoribus, vel eorum Instrumentis.

Sau. Ipsi ab excellentia, & granditate suorum Quadrantum, & Gnomonis conantur probare præstantiam, & perfectionem suarum obseruationum; Ideò cogimur de arte Gnomonica, eiusq; vnu, & praxi aliqua profari.

Merc. Vfus Gnomonum fuit antiquissimus, & primo ad horas Populo indicandas: Methon autem Atheniensis Mathematicus in annis ante Christi aduentum 431. circiter, horologium solare construxit in foro Athenarum; & propriè Gnomon est stylus ille in medio horologij Solaris umbra sua indicans horas, quem Plinius umbilicum Solis vocat in lib. 2. hist. nat. cap. 72. Et ars Gnomonica nihil aliud est quam ratio umbrarum, quæ ab Anaximene inuenta est, vt refert Plinius in d. lib. 2. cap. 76. Fuit etiam Gnomon in Alexandria Ægypti non solum ad horas indicandas, sed etiam ad deducendam altitudinem Solis meridianā ex umbris Gnomonis, & potissimum ex tribus insignioribus umbris meridianis, nempè Äquinoctiali, & Solstitiali, tum æstiuā, tum hyemali, veluti ex altitudinibus Solis umbram meridianam, quē-

admodum obseruatae fuerunt Umbræ æquinoctiales meridianæ ad Gnomonem Alexandriæ, vt legitur in Ptolemæo lib. 2. Almag. cap. 2. 3. 5. & 6. & ex ratione Umbræ æquinoctialis ad Gnomonem, inuenta est altitudo Poli Alexandriae, vt affirmat Vitruvius in lib. 9. cap. 8. Sic Massiliæ, ubi semper florueret hæ scientiæ sublimes, Pithias Massiliensis anno ante Christi aduentum 324. circiter, obseruauit æstiuam umbram Solstialem meridianam ad illum Gnomonem, vt 213. $\frac{1}{2}$ ad 600. & Gassendus anno Christi 1635. in Conclavi magno Collegii Massiliæ, foramine in pariete contra meridiem facto, quod altum erat pedes Regios 52. excepit Solis radium in meridie Solstij æstivū, & reperit pariter umbram Solstialem æstiuam meridianam, eam habere rationem ad hunc Gnomonem, quam 213. $\frac{1}{2}$ ad 600. sicut tempore Pithiæ; ex quo intulit eandem prorsus esse nunc distantiam Tropici à vertice Massiliæ, quæ fuerat tempore Pithiæ, & Alexandri Magni, atque eandem obliquitatem Eclipticæ gr. 23. 31'. & dimissis obseruationibus per Gnomonem factis ab Eratosthene pro mensura terreni Orbis, dc quo Plinius in lib. 2. hist. cap. 108. nec non Strabonis in lib. 2. pro Eclipticæ pariter obliquitate factis Bizantij: Similiter Romæ Manlius Obelisco, qui erat in Campo Martio, pilam auratam in apice imposuit, ad colligendam umbram, & dierum magnitudinem in singulis anni diebus indagandam, vt narrat quoque Plinius in lib. 36. hist. nat. cap. 10. nā ab Augusto de-

D 3 uectus

uectus fuit Obeliscus ex Aegypto pendum 116. qui olim fuit Sesostris Regis, minor nouem pedibus altero Obelisco ab eodem Augusto in Circo maximo erecto inter Palatium, & montem Aventinum, fuitq; erectus in Campo Martio loco magni Gnomonis strato lapideo, supra quem caderet umbra meridiana, pila aurata apici Gnomonis a dicto Manlio Mathematico addita.

Verum quamvis Gnomones pro indicandis horis, & ad alias operationes geographicas, quæ subtilitate, & præcisione non indigent, deseruire commode potuerint, tamen pro operationibus Astronomicis, quæ exquisitam subtilitatem, & præcisionem postulant, veluti est indagatio altitudinis Poli, & obliquitatis Eclipticæ, seu declinationis Solis ab æquinoctiali, & diei, ac horæ Aequinoctiorum, & Solstitiorum, tuto adhiberi minime possunt propter triplicem errorem, in quem incidere facilimè possunt Observatores, nempe parallaxis, refractionis, & semidiametri Solaris; nam hic error, ut firmat etiam ipse Ricciolus in lib. 10. Almagesti sui pag. 604. & 605. potest excrescere aliquando in altitudine poli ad minuta 45. & æquinoctiorū tempore ad integrū ferè diem; In solstitiorū autem momentis ad plurimum adhuc dierum errorem; & corrigit Ptolemyum in altitudine poli Alexandriæ sumpta per umbram meridianam æquinoctialem obseruatam ad Gnomonem, & similiter Maginum in altitudine Poli Romæ indagatam per eamdem Umbram meridianam obseruatam ad Gnomonem, & hæc confirmat idem Ricciolus lib. 3. Almag. sui cap. 14. pag. 133. col. 1. dum ait, Peccatum esse ab Antiquis in usurpanda altitudine marginis superioris Solis, cuius radius umbram rectam terminat pro altitudine centri Solis, oportebat enim Semidiametrum Solis apparentem demere altitudini per umbram rectam inuentæ; Idque adhuc magis enixè confirmat in dicto lib. 3. cap. 10. Vbi de diametro Solari inuestiganda pag. 117. dum inquit. Et nos in libro Organico, vbi nostras obseruatio-

nes referemus factas in Templo S. Petronii Bononiæ, vbi est laminæ metallica cum foramine ad Solis radios intromittendum, alta pedes Bononienses 65. Sed omnes hi modi supponunt posse margines luminarium, aut confinia Luceis, & Umbræ, præcisè absque sensibilis erroris suspicione discerni, & attingi, nō comprehensa particula aliqua sensibili, quod vix, aut ne vix quidem fieri posse constabit experiri volenti. & hoc negotium diametri Solis apparentis est incredibilis subtilitatis, & profundoris, ac circumspectioris indaginis, quæ aliqui putent, multosque insignes Astronomos fecerunt, ut ait in d. lib. 3. cap. 10. pag. 120. veluti etiam obseruationes, quas refert in appendice sui Almagesti pag. 735. de varietatibus ortus Solaris limbi superioris, ad ortum limbi inferioris, Bononiæ factas, & notat etiam Leuera in Prod. cap. 3. pag. 124 & 125.

Sau. Ex quibus patet etiam difficultas, & fallacia in indagando Terræ magnitudinem exquisite per diametrum apparentem Solis, ut nuper in sua Geographia reformata indagari posset. putat Ricciolus ex obseruationibus dictæ diametri Solis per Gnomonem prædictum à Cassino reformatum.

Merc. Quam infirmus sit modus iste indagandi momenta Aequinoctiorum, & Solstitiorum per Gnomones, fatetur etiam Ptol. in lib. 2. Almag. cap. 5. in fine, dum ait, Dictarum autem Umbrarum proportiones ad Gnomonas, non similiter, quoniam Aequinoctialium quidem tempus per se ipsum indeterminatum quodammodo est; Brunalium vero verticurn extrema difficile cognoscuntur. Et propterea relictis Gnomonibus ab Hippar. & Ptol. vsus Armillarū euangelio celebris, fuit apud eos usitissimus, ut legitur in lib. 3. Almagesti cap. 2. Ceterique posteriores Astronomi non quam vñ sunt Gnomonibus ad subtilem, & exquisitas obseruationes omnes Astronomicas, videlicet ad altitudinem Poli, ad obliquitatem Eclipticæ, & declinationem Solis, & ad diem, ac horam, & minutum temporis Aequinoctiorum, &

Sol-


Solstitiorum, & inter eos est quoque Ricciolus, qui non confidens altitudinibus meridianis per Gnomonem sumptis, præsertim tempore Solstitiorum, docet in lib. 3. Almagesti sui cap. 14. pag. 132. altitudines Solis meridianas tunc non per Gnomonem, sed per magnos Quadrantes desumendas, corrigendo dd. altitudines addita parallaxi, & dempta refractione, vbi opus fuerit; Subdens: Nam si erratum fuerit in altitudine poli, aut in altitudine Solis, aut in parallaxi sexdecim secundis, errabitur in Solsticio, uno integro die; Si vero octo secundis, error erit semidici; & si in quatuor secundis, error erit quadrantis diei &c. Quam faciles autem sint huiusmodi errores, nemo est qui ignoret: & hinc est quod ultimo loco doceat modum obseruandi Aequinoctia Instrumentis certioribus, quæ ait esse Regulas parallacticas, aut potius Quadrantes, & Sextantes magnos, qui si non singula secunda scrupula, saltem decades secundorum ostendant; & altitudinem Solis meridianam, subdit, capiendam esse duobus saltem Instrumentis ad maiorem certitudinem, nempe uno, quo Solis altitudines, altero quod eius distantias à vertice immediate exhibeat: Deinde altitudo Solis obseruata corrigenda est, & in veram conuertenda adiectione parallaxis, & subtractione refractionis, vt in d. lib. 3. Almagesti cap. 14. pag. 134.

Etenim inter alias prærogatiwas, huiusmodi Quadrantes, & Sextantes sunt huc, & illuc commode portatiles, & deferuiunt obseruationibus omnium planetarum, & Stellarum etiam nocturnis. Gnomones autem non sunt de loco amouibiles, nec inferuiunt nisi obseruationibus Solaribus, & de die sereno, secus nubilo; Insuper difficilis conseruantur, nam subiacent iniuriis temporis, & terremotibus, & attritioni, ac conculationi assidue populi transuentis per semitam Gnomoni deseruientem, vt legitur de Gnomone Campi Martii in Plinio d. lib. 36. cap. 10.

Angulus enim, quem faciunt Gnomones cum plano pavimenti, debet esse

exactissime rectus, vt huiusmodi Gnomones ad præximam prædictam reuocari possint, sicuti docet Ricciolus in dicto cap. 14. pag. 131. col. 2. in fine. Præterea in paumento Gnomonis Bononiensis, vbi sunt 12. signa Zodiaci incisa, desunt minuta; & longitudines dd. signorum Zodiaci sunt inter se admodum inæquales; & species seu imago Solis per foramen ad paumentum deuiciens, vbi sunt incisa signa Zodiaci, modo magis, modo minus elliptica, & longa conspicitur, & modo magis, modo minus rotunda, ac proinde alibi implens medietatem circiter unius gradus Zodiaci, & alibi implens, & excedens etiam gradum unum Zodiaci, vt videre est in figura dicti Gnomonis Bononiensis per Ricciolum impressa in dicto lib. 3. Almag. cap. 14. fol. 132. & per distantias diuersas imaginis Solis in longitudine dictæ semitæ, seu Pauimeti, ad initia signorū, quas supputat in appendice sui Almag. p. 736. Si modo Ricciolus in Geographia sua reformata, & in epistola ad Caiſinum contradicit his omnibus, quæ scripsit in Almagesto suo non solum de isto Gnomone Bononiensi, sed etiam de quocumque Gnomone; & si enim conclusiones omnes circa rem Astronomicam statuat sub interim, ac proinde liberum sit ei immutare sententiam; Viris tamen sagacibus satis est scire Hipparchum, Ptolemaeum, Albategnum, Alphonsum, Copernicum, Tychonem, cæterosque omnes Astronomos nunquam vsos fuisse Gnomonibus pro exquisitis operationibus Astronomicis, & Ptolemaeum fassum fuisse insufficientiam Gnomonum in dicto lib. 2. Almag. cap. 5. in fine.

Sau. Sane Tycho aditum ad Vraniam Posteris non præclusit, immo suis longævis 30. annorum obseruationibus, & traditionibus adaperuit: propterea hinc non consequitur ut eius Organa, Instrumenta, & Obseruationes hodie contempnendæ, & corrigendæ sint sub prætextu Organorum prægrandiorum, & perfectiorum, postquam illius obseruationes, & traditiones motuū Solariū, veluti mar-



garitæ, & gemmæ pretiosæ receptæ furent ab Astronomis insignibus Tychoni posterioribus, nimirum à Scaligero, Claudio, Keplero, Magino, Bulialdo, cæterisque plurimis; & maxime cum hodie, huiusmodi correctores, & carptores Tyconicarum obseruationum, & traditionum conuincantur de erroneis obseruationibus ab ipsis peractis cum dicto magnō Gnomone, & cum magnis Quadrantibus Tychonicos sua mole excedentibus, quos se habere gloriantur in sua Obseruatoria specula. Quid enim valet tanta Gnomonis excelsitas, & magnitudo, ac planitiei pauimenti prolixitas, si per se, ut visum est, deseruire non potest ad vllas exquisitas operationes Astronomicas? & quid si Ellipsis Solaris imaginis occupet plures pedes? & spatium in dicto Pauimento vnius gradus occupet duplo plures pedes? si in adnotandis extremitatibus d. Ellipsis ad elicendam altitudinem marginis Solis, eiusque diametrum, & declinationem, adhuc sumus in eisdē inextricabilibus difficultatibus discernendi præcisè absque sensibilis erroris suspitione dictas margines Solis, aut confinia lucis, & umbræ? quas difficultates exclamauit ipse Ricciolus in lib. 3. Almag. cap. 10. pag. 116. & 117. vbi post plura à Keplero deducta circa Solaris diametri magnitudinem indagandam, inquit: Sed hæc persuadere nobis non potuit, qui in eadem diametro Solis pluribus modis inuestiganda penè contabuimus; Vbi firmat magnitudinem apparentem diametri Solaris sine vnius minutu primi errore definire evidenter impossibile esse, aut difficillimum; Allegans Archimedem in Arenario: quoniam neque visus, neque manus, neque Instrumenta, quibus sit obseruatio digna satis sunt fide, ad id demonstrandum, & hæc præter alias difficultates debite tunc refractio- nis ibidem, & parallaxis. Cur autem in præsentia sit tam facilis secundum Ricciolum indagatio diametri apparentis Solis sine vlli erroris sensibilis suspitione cum eodem Gnomone Bononiensi, eiusdemque Gnomonis altitudine,

& longitudine semitæ, & iisdem Zodiaci signis in pauimento, eodemque foramine, licet in linea meridiana; vnuus quisque de facili intelliger. Retorqueri jgitur iure potest illud, quod Ricciolus in epist. ad Cassinum scribit. Eant nunc Ricciolus, & Cassinus, & præ Instrumentis ab eis tantopere supra Tychonica celebratis, alia omnia insuper habeant, nam frustra occinuntur hæc Astronomi carum $\tau\eta\rho\sigma\tau\omega\gamma$ peritis, & expertis, & quoque inexpertis, sed plene de his instructis, atque informatis; ac proinde super his minimè contendendum, veluti nec super parallaxi Solis, quam Ricciolus nunquam demonstrauit, & ipsius addictissimi improbarunt, & quam infra tria minuta consistere Tycho per 30. annorum experientiam diuturnis obseruationibus inuicem, & cum alijs insignium Astronomorum obseruationibus, consentientibus, comprobauit, vt notat etiam Leuera in Prod. cap. 3. pag. 120. & 121.

Merc. Post Organa, & Instrumenta ad obseruandum præstantiora, tenor epistolarum Riccioli, & Cassini versatur circa Epochas, & Radices, ideo de his modo fit sermo noster.

Sau. Annos Epocharum, & Radi- cum insignium gestorum in Orbe ter- rum Ricciolus controuertit in d. sua epistola, & quāplures probatos Chronologos censurat ibidem, & cum illis quoque Leueram, tanquam eorum sectato- rem in cap. 10. sui Prodomi exhiben- do nonnulla fundamenta Chronologiæ suæ, quam vocat reformatam, per quæ cunctis ipsam preferendam esse præsu- mit, eique fidem adhibendam; Itemque obiicit annos obseruationum æqui- noctiorum autumnalium Hipparchi per Leueram in medium exhibitos in cap. 3. sui Prodomi à pag. 102. per plures se- quentes, non esse illos, in quibus Hip- parchus d. æquinoctia obseruavit, addu- cens in testem suæ censuræ Ptoleméum; Ideo examinemus, quæso Mercuri, hanc controuersiam.

Merc. Evidem video Leuerā in cap. 9. sui Prodomi pag. 204. & à pag. 215. vsque

usque ad paginam 218. & in cap. 11. exhibuisse Radices, & Epochas motuum Solis, eiusque motuum, & circulationum periodos; easque deduxisse ab observationibus Tychonis, earumque Radice, & Epocha certissima anni Christi 1588. ut per has Epochas motuum supputari valeant motus omnes Solares in omni ævo exquisitissimè, veluti suppandas esse docet in cap. 11. & 13. plurimis exemplis. In cap. autem 10. à pag. 227. usque ad pag. 233. video exhibuisse Epochas, seu Radices temporū insigniū, ac illustrium gestorum à pluriū Chronologorum eximiorum disquisitionibus, & calculis deductas, non ad finem, & effectum supputandi per eas motus solares in omni ævo futuros, vel præteritos, quia huiusmodi radices, & initia rerum insignium plerumque non sunt certa, neque demonstrari possunt, sed eas exhibuisse vti Epochas temporum à probatoribus Chronologis desumptas procuriosis supputare volentibus locum Solis, & Stellarum ad tempora illa, siue vera sint, siue non vera, non se astrin- gendo ad earum approbationem certam, ac proinde huiusmodi Epochas temporum in nihilo præjudicare posse veritati motuum Solarium, ac Stellarum à Leuera propositæ in toto suo Prodromo; sed ad motuum veritatem assumpsisse Epochas, & Radices motuum certissimas, quæ in omni ævo tam præterito, quam futuro exquisitissimè semper ad minutum usque tam temporis, quam motus præstare valeant quæcumq; loca Solis, & Stellarum quæsita, veluti per septuaginta exempla, & amplius probat in cap. 11. 12. & 13. dicti Prodromi, eligendo à prima Epocha, seu Radice certissima anni 1588. Epochas secundas, nimirum Epocham Christi visitatam, ac etiam illam Iulii Cesaris, & Vetustissimam Ingressus Apogei Solaris in o Y, quarum initia licet controuerti possint, tamen vti dependentia ab Epocha prima, quæ minimè controuerti potest, præstant necessario quælibet loca Solis quæsita in quolibet seculo præterito, vel futuro exquisitissimè, vt pluri-

mis exemplis videre est in Prodromo eisdem Leueræ, & singillatim in cap. 13. & propterea licet Leuera incidere potuerit, in hallucinationes Chronologicas temporum insignium rerum gestarum, atque temporum observationum cælestium factarum à quibuslibet vetustis Observatoribus, veluti incidere possunt omnes Chronologi temporum, quia error facti etiam sapientissimos fallit, tamen in hallucinationes Chronologicas motuum, temporumque motuum Solarium, eiusque periodorum, ac circulationum incidere non potuit, quia eorum numerum, & mensuram plenè explorauit; vna cum noua methodo supputandi per Tabulas medij motus Solis exquisitè semper ad minutum quæcumque loca Solis in quolibet ævo quæsita; quæ methodus, & ratio haec tenus nemini Astronomorum fuit nota, ut vide est in suo Prodromo cap. 9. Diuersa autem est doctrina motuum à doctrina temporum rerum gestarum, nam doctrina motuum requirit peritiam circulationum, & periodorum cælestium, quæ diuturnis studijs observationum, & traditionum tum veterum, tum modernorum Astronomorum consequi potest, sed doctrina temporum rerum gestarum, quia requirit scientiam temporis, in quo res illæ illustres gestæ fuerint in Orbe terrarum; haec sane scientia haberi non potest nisi à testibus ocularibus, qui præsentes, & personaliter adfuerint illi initio, iisque testes saltem duo sint, ut fidem mereantur; Dictum namque unius est veluti dictum nullius, ut habetur ex Deutoronomio cap. 19.

Sax. Ex his sane innotescit, admitti non posse, Cronologias, nempe computationis temporū rerū gestarū omnium veteriorum, reformationem traditam à Ricciolo, vti verissimam; & consequenter falsam censi omnium Chronologorum computationem, ac si Ricciolus præsens fuerit, & personaliter vbi que constitutus dictis omnibus rebus gestis mundanis: Cum neque Scaliger, qui in plurimis linguis fuit singulariter eruditus ad tempora, & gesta omnium Gentium

Gentium intelligenda, & qui vitam Patris, & suā in hisce studiis consūpsit, ausus fuerit definitionem temporum dd. rerum in mundo gestarum tradere, sed tantum examen carumdem relinquere posteritati, veluti expressè protestatur in lib. 6. de emend. temp. initio in 2. editione.

Merc. Post Epochas Insigniores deuenire opus est ad examen temporis Observationum Æquinoctiorum Autumnalium Hipparchi à Leuera in cap. 3. sui Prodromi exhibitarum propter censuram ipsius Riccioli in dicta sua epistola, contra Leueram.

Sau. Non est prætercundum à nobis rigorosum examen, ut innotescat quis nam inciderit in huiusmodi hallucinationes Chronologicas, Leuera ne, an Ricciolus.

Merc. In primis, cernimus Leueram vsum esse Observationibus Hipparchi pro indaganda anni cœlestis magnitudine per collationem, & considerationem, illarum observationum, tanquam vetustiorum cum modernis, Tychonis, & aliorum Astronomorum, in qua collatione inuicem observationum vetustarum, cum modernis, etiam si in consignandis suo tempori observationibus Hipparchi, erratum fuisset in annis duobus, tribus, & quatuor, aut in horis sex, aut in medietate diei, aut in una tota die, dieiq; etiam quadrante; tamen collationes, & considerationes earum cum observationibus modernorum Astronomorum propter immane interuallum 1800. annorum inter dictas Hipparchi, & modernorum observationes, euariare non possent magnitudinem anni cœlestis quæstam per huiusmodi collationes, & comparationes nisi in scrupulis secundis temporis, & vix unquam in uno primo scrupulo, veluti per Arithmeticas plures probationes demonstratur à Leuera latissimè in d. cap. 3. sui Prodromi pag. 101. col. 2 & pag. 102. col. 1. & singillatim pag. 109. 111. & 112. In observationibus vero vetustioribus quā Hipparchi, sicut est illa Solstitij estiuī Metonis, de qua in dicto cap. 3. pag. 136.

d. Prodromi, aberratio in horis 6. adhuc minus sensibiliter præjudicat magnitudini anni cœlestis quæstę per collationem illius cum modernis; idemque eueniret etiam si daretur error vnius anni in dicta obseruatione Metonis, nam error vnius anni idem importat, quod error sex horarum, quia ab una reuersione Solis in idem Zodiaci punctum ad alteram ibidem reuersionem, quæ sit spatio vnius anni, esse nunquam potest nisi sex horarum interuallum post totidem dies 365. & ideo nec error vnius anni præjudicat magnitudini anni cœlestis quæstę per huiusmodi obseruationes, & similiter neque error duorum, trium, & quatuor annorum, quia & ipsi pauca secunda scrupula diuersitatis temporis importare possunt in anni cœlestis magnitudine, quæ queritur per huiusmodi collationes.

Secundo in eodem examine obseruationum Æquinoctiorum autumnalium Hipparchi exhibitarum à Leuera in dicto cap. 3. sui Prodromi circa dubium An verè sint anni illi, in quibus obseruauit Hyparchus, videmus tres primas obseruationes dd. Aequinoctiorum autumnalium adnotatas fuisse à Leuera secundū enumerationē annorum Calippi, quam Ptolemæus ipse ex Hipparco refert in lib. 3. Almagesti cap. 2. videlicet primam obseruationem fuisse anno 17. & secundam anno 20. & tertiam anno 21. tertiae periodi Calippi; deinde videmus dictam obseruationem primam æquinoctii autumnalis Hipparchi incidisse in anno 163. ab obitu Alexandri secundum Leueram, quia cum ex communi Chronologorum consensu, ut facetur etiam Ricciolus in dicta epistola, vbi de sua Chronologia reformata infundamento s. & refert Leuera in Prodromo cap. 10. pag. 229. vbi de Epocha Alexandri Magni, & ex ipsius Ptolemæi textu, & considerationibus exactissimis in dicto lib. 3. Almagesti cap. 2. à Profactis; Initium annorum Calippi fuerit anno 6. ante obitum Alexandri, si dematur dd. sex anni à tempore d. prime obseruationis autumnalis Hipparchi, quæ

quæ fuit anno 17. periodi tertiae Calippi, nempe ab annis 169. qui effluxerunt ab initio d.d. annorum Calippi usque ad hanc primam obseruationem Hipparchi, ex quo unaquæq; periodus Calippi constat ex annis 76. remanent anni ab obitu Alexandri 163. & non anni 162. vt erroneè putat Ricciolus in dicta sua Chronologia reformata. Et pariter demptis sex annis ab annis 172. qui effluxerunt ab initio annorum Calippi usq; ad dictam secundam obseruationem Aequinoctij autumnalis Hipparchi, quæ fuit anno 3. completo à prima obseruatione nimirum anno 20. tertiae periodi Calippi, remanent anni 166. ab obitu Alexandri, & non anni 165. vt male putat Ricciolus vbi supra. & similiter demptis sex annis ab annis 173. qui præterierunt ab initio annorum Calippi usque ad dictam 3. obseruationem Aequinoctij Autuñalis Hipparchi, quæ fuit anno 21. tertiae periodi Calippi, remanent anni 167. ab obitu Alexandri, & non anni 166. vt male supputat Ricciol. vbi supra.

Quod autem erronea sit d.d. annorum Alexandri, supputatio edita à Ricciolo in sua Chronologia reformata, sit euidētius, nam si dictus annus 3. Periodi Calippi 17. nempe annus 169. ab initio annorum Calippi, esset annus 162. ab obitu Alexandri, vt firmat Ricciolus in dicta sua Chronol. reformata, tunc initiū annorum Calippi ab initio annorū Alexandri distaret septem annis, non autem sex annis, vt firmat Ptolemæus vbi supra. & pariter si dictus annus 20. tertię periodi Calippi, nempe 172. ab initio annorum Calippi esset annus 165. ab obitu Alexandri, vt firmat Ricciolus vbi supra & non annus 166. vt verè esse debet ex Ptolemæo, distaret annis septem ab initio annorum Alexandri, non autem annis sex, vt ex Ptolemæo vbi supra; & pariter si dictus annus 21. periodi tertię Calippi nempe 173. ab initio annorum Calippi esset annus 166. ab obitu Alexandri, vt firmat Ricciolus, & non 167. vt ex Ptolemæo esse debet, distaret pariter septem annis ab initio annorum Alexandri, non autem 6. annis, vt firmat

Ptolemæus vbi supra. Verum enim intervallum ab initio annorum Calippi ad initium annorum Alexandri non est septem annorum, sed sex annorum tantum ex ipso textu Ptolemæi, & collationibus exquisitissimè factis per eumdem in dicto capitulo 2. lib. 3. Almagesti, dū inquit, à dicto autem anno 50. primæ secundum Calippum periodi, ut etiam Hipparchus afferit qui est 44. annus à morte Alexandri &c. Ulterius patet, quia ibidem in obseruationibus à Ptolemæo factis Aequinoctiorum Veris, & solstitij æstivii anni 463. ab obitu Alexandri, Ptolemæus ipse supputat tunc effluxisse annos ab initio periodi Calippi 469. nam ab anno 50. primæ periodi Calippi, vbi fuit obseruatio solstitij æstivii Metonis, vt Ptolemæus refert, præterierunt anni 419. quibus additis d.d. annis 50. fiunt d.d. anni 469. Demptis ergo 6. annis à d.d. anni 469. fiunt anni 463. ab obitu Alexandri, vt exquisitè supputauit Ptolemæus: Ergo conuincitur Ricciolus, & alij moderni Chronologi cum eo de falsitate circa prefatam annorū Alexandri enumerationem, quia interuallum inter annos Calippi, & Alexandri, non est nisi annorum sex, minimè autem annorum septem, vt perperam putat Ricciolus in dicta sua Chronologia reformata.

Eteo magis conuictus, & confessus remanet Ricciolus de errore, & falsitate Epochæ Alexandri per ipsum definitæ, & exhibitæ in sua Chronologia reformata in consignandis temporibus obseruationum omnium Aequinoctiorum autumnalium Hipparchi, quia successiue in consignandis temporibus obseruationum omnium Aequinoctiorum Veris eiusdem Hipparchi, dictum interuallum ab initio annorum Calippi usque ad initium annorum Alexandri, non fuit amplius septem annorum contra Ptolemæum, sed describit fuisse tantum sex annorum consentiens Ptolemæo, qui in collatione, & consideratione prædictæ obseruationis Aequinoctij Veris ab Hipparcho factæ an. 32. tertię Periodi Calippi, & anno 178. ab obitu Alexandri die 27. Mechir, vt refert ipse Ptol. in dicto

lib. 3. almag. cap. 2. cum sua obseruatione pariter Aequinoctij Veris facta anno 463 ab obitu Alexandri die 7. Pachon, Ptolemeus constituit interuallum sex annorum tantum à dicto anno 32. Tertiæ periodi Calippi, qui fuit annus 184. ab ipso initio Calippi usque ad annum 178. Alexandri, nam demptis ab his annis 184. sex annis in quibus initium Calippi precessit initiū Alexandri, remanent dd. anni 178. Alexandri. Quod vero dictus annus 32. tertiae periodi Calippi fuerit dictus annus 178. ab obitu Alexandri, vt refert etiam Ptolemeus, & in confessione est apud omnes Chronologos, & Astronomos, confirmatur etiam ex eodem, Ptolemeo vbi supra: nam in hac sua obseruatione Aequinoctij veris facta, vt affirmat, post annos 285. à predicta obseruatione primi Aequinoctij Veris Hipparchi, si dicti anni 285. addantur dd. annis 178. ab obitu Alexandri, constituunt annos 463. ab obitu eiusdem Alexandri, in quo Ptolemaeus dictam obseruationem Aequinoctij Veris se fecisse testatur vbi supra. In computo enim annorum Calippi, & Alexandri difficile est errare quando sumus in Aequinoctijs Veris ab Hipparcho, & Ptolemaeo obseruatis, quia ambo initia annorum Calippi, & Alexandri semper precedunt Aequinoctia Veris sequentia ab eis: In Aequinoctijs autem autumnalibus facile est hallucinari, quia initium annorum Calippi praecedit semper Aequinoctia autumnalia, ex quo fuit in Solsticio aestiuo; Et initium annorum Alexandri succedit semper Aequinoctijs autumnalibus, quia fuit in Mense Nouembri.

Ex supradictis quoque conuictus remanet Ricciolus, quia quamvis annus quartæ obseruationis autumnalis Hipparchi verè incideret in anno 177. ab obitu Alexandri, ex communi Astronomorum fere omnium sententia, inter quos est Copernicus in lib. 3. c. 13 Bullialdus lib. 2. Astr. Phil. c. 2. vt fatetur etiā Ricciolus in dicta sua Chronologia reformata; tamen esse minimè potuit annus ille 32. tertiae periodi Calippi, nempe annus 184. ab initio annorum Calip-

pi, pro ut nequè annus quintæ obseruationis autumnalis Hipparchi huic successione sequens, quamvis verè incidet in anno 178. ab obitu Alexandri, attamen esse non potuit annus 33. tertiae periodi Calippi, videlicet annus 185, ab initio annorum Calippi; nam interuallum inter hos annos Calippicos, & inter hos annos Alexandri, esset annorum septem. Nec obstat dictio Ptolemei, quod dicta quarta obseruatione Aequinoctij autumnalis Hipparchi fuerit anno 32. tertiae periodi Calippi; & quinta obseruatione Aequinoctij autumnalis Hipparchi fuerit anno 33. tertiae periodi Calippi: nam in his duabus obseruationibus autumnalibus Hipparchus assumpsit annos Calippi inchoantes, seu incipientes: In precedentibus vero tribus obseruationibus autumnalibus assumpsit annos Calippi desinentes, seu completos, & ideo ultima dictarum trium obseruationum autumnalium praecedentium antecessit primam dd. duarum obseruationum autumnalium sequentium undecim annis incipientibus, & decim annis completis: Cogimus enim fateri dictos annos Calippicos in dicta quarta, & quinta obseruatione Hipparchi adnotatos fuisse à Ptolemeo ut inchoantes, & non ut completos, ad hoc ut seruetur dictum interuallum sex annorum ab initio Alexandri ab eodem Ptolemeo vbi supra pluries declaratum, affirmatum, & repetitum; Propterea annus quartæ obseruationis autumnalis necessario fuit 31. tertiae periodi Calippi completus, & 32. currens, ac proinde annus 183. ab initio annorum Calippi, à quibus demptis sex annis fiunt dd. anni 177. ab obitu Alexandri, & annus quintæ obseruationis autumnalis ei sequens fuit 32. tertiae periodi Calippi completus, & 33. labens, & consequenter annus 184. ab initio annorum Calippi, à quibus pariter demptis sex annis fuit annus 178. ab obitu Alexandri.

Quod autem annus quartæ obseruationis autumnalis Hipparchi verè inciderit in anno 177. ab obitu Alexandri, etiam ex ipso Ptolemeo perspicuum est, quia

quia cum ab hac obseruatione autumnali usque ad ei sequentem obseruationem Aequinoctij Veris ab eodem Hipparcho factam, ut notat Ptolem̄us anno 178. ab obitu Alexandri, effluxerint mēses sex, & deinde sex alij mēses usque ad alteram obseruationem Aequinoctij autumnalis ab eodem Hipparcho factam, ut quoque notat Ptolem̄us anno 178. ab obitu Alexandri: Evidem obseruatio Aequinoctij autumnalis anni præcedentis necessario debuit esse anno 177. ab obitu Alexandri fere desinente, & deinde post dictum Aequinoctium autumnale in mense Nouēbris incipiente anno 178. & decurrente in dicto Aequinoctio Veris, & ferè desinente in dicto Aequinoctio autumnali immediate sequente post hoc Aequinoctium Veris.

Sau. Cur autem Ptolem̄us hallucinatus fuerit in assumendo annum 177. ab obitu Alexandri pro 178.

Merc. Facile est rationem reddere, nam cognoscens fieri non posse anticipationem Aequinoctiorum per diem unum ad rationem magnitudinis anni à se, & ab Hipparcho existimatæ dierum 365. & hor. . . 55'. 12''. nisi post decursum 300. annorum ab una obseruatione ad alteram, coactus fuit ad demonstrandam dicti anni magnitudinem per collationem suæ obseruationis autumnalis anni 139. post Christi adventum cum quarta Hipparchi obseruatione Aequinoctij autumnalis, existimare ipsam fuisse factam per annum unum tardius scilicet anno 178. ab obitu Alexandri, & non anno 177. ab obitu eiusdem, & per diem unum citius, videlicet tertia die intercalarium, cum fuerit ultra medium noctem, & quarta Interkalarium; & similiter in consideratione, & collatione suæ obseruationis vernalis cum prima pariter vernali obseruatione Hipparchi, existimare fuisse factam per diem citius, errorem abaco Hipparchi adscribens, alia namque ratione sustinere non poterat anni magnitudinem à se, & Hipparcho existimatam.

Ex deductis quoque conuictus remaneat Ricciolus in cōsignandis suo tempo-

ri duabus obseruationibus Aequinoctiorum autumnalium, quas posteritati reliquit Ptolem̄us. Annus enim obseruationis primæ autumnalis Ptolem̄ei fuit 455. ab obitu Alexandri, & non 456. ut male putat Ricciolus; & annus secundæ obseruationis Aequinoctij autumnalis Ptolem̄ei fuit 462. ab obitu Alexandri, & non 463. ut perperam notat Ricciolus, forsitan ex abaco in Ptolem̄eo deceptus. Etenim cum Aequinoctium Veris ab eodem Ptolem̄eo obseruatum successive post præcedens Aequinoctiū autumnale, fuerit anno 463. ab obitu Alexandri ex ipso Ptolem̄eo: Evidem Aequinoctium autumnale ei immeiatè præcedens necessario fuit anno 462. ab obitu Alexandri, qui initium annorum Alexandri, non est ante Aequinoctia autumnalia, sed post Aequinoctia autumnalia, & propterea in dicta secunda obseruatione Aequinoctij autumnalis Ptolem̄ei, adhuc decurrebat annus 462, Alexandri, neque incipere potuit annus 463. nisi à mense Nouembris, & sic post dictum Aequinoctium autumnale à Ptolem̄eo obseruatum.

Cum ergo prima obseruatio Aequinoctij autumnalis Ptolem̄ei fuerit septem annis ante hanc secundam Aequinoctij autumnalis obseruationē ab eodem Ptolem̄eo factam, profecto illa necessario fuit anno 455. ab obitu Alexandri, non autem 456. ut perperā in sua Chronologia reformata notauit Ricciolus.

Et quoniam interuallum annorum à Regno Nabonassari ad obitum usque Alexandri, secundum Ptolem̄ei enumerationem in lib. 3. Almagesti c. 8. fuit 424. annorum, & secundum quoque Chronologos omnes, & veteris Chronologię modernum reformatorem Ricciolum; Hinc necessariò consequitur, ut annus primæ obseruationis autumnalis Hipparchi, qui fuit, ut demonstratum est, 163. ab obitu Alexandri, correspondere debeat anno à Nabonassaro 587. scilicet autem anno 586. ut perperam putat Ricciolus in d. sua Chronologia reformata; Nam interuallum inter ambas Epochas fuisset annorū 423. & non 424.

vt firmant omnes, & ipse quoque Ricciolus fatetur esse debere: Eademq; ratione consequitur, vt annus secundæ obseruationis Hipparchi, qui fuit, vt visum est anno 166. ab obitu Alexandri, correspondere necessario debeat anno à Nabonassaro 590. & non anno 589. vt male putat Ricciolus: Et similiter consequitur vt annus tertiae obseruationis autumnalis Hipparchi, qui fuit, vt visum est anno 167. ab obitu Alexandri, correspondere debeat anno à Nabonassaro 591. & non 590. vt putat Ricciolus in dicta sua Chronologia reformata: veluti etiā annus 177. ab obitu Alexandri, correspondet anno 601. à Nabonassaro, & annus 178. ab obitu Alexandri correspondet anno 602. à Nabonassaro, sicut fatetur Ricciolus. Hinc demum, consequitur, vt annus primæ obseruationis autumnalis Ptolemæi, qui fuit, vt visum est, anno 455. ab obitu Alexandri, correspondere debeat anno 879. à Nabonassaro, & non 880. & annus secundæ obseruationis pariter Äquinoctij autumnalis Ptolemæi, qui fuit, vt demonstratum est anno 462. ab obitu Alexandri, corresponeat anno à Nabonassaro 886. & non 887. vt male putat Ricciolus in eadem sua Chronologia reformata.

Quod denique annis prædictis ab obitu Alexandri 163. & à Regno Nabonassari 587. vbi fuit prima obseruatio Äquinoctij autumnalis Hipparchi, correspondere debeant anni ante Christi epocham visitatam 161. & non 162. vt male supputat Ricciolus, & dd. annis 166. ab obitu Alexandri, & à Nabonassaro 590. correspondere debeant anni ante Christi epocham 158. & non anni 159. secundum Ricciolum, & successivè annis 167. ab obitu Alexandri, & à Nabonassaro 591. corresponeant anni ante Christum 157. & non 158. secundum Ricciolum, veluti annis 177. ab obitu Alexandri, & à Nabonassaro 601. correspōdent anni 147. ante Christi Epocham, secundum Chronologos omnes, & ipsum Ricciolum in dicta sua Chronologia reformata, & in lib. 3. Almagesti cap. 14. pag. 134. Et veluti

annis 178. ab obitu Alexandri, & 602. à Nabonassaro, correspondent anni 146. ante Christi Epocham secundum eosdem Chronologos; manifestum est à collatione, & obseruatione facta quoque per Ptolemæum in dicto lib. 3. Almag. cap. 2. inter primū Äquinoctium Veris ab Hipparcho obseruatum anno 32. tertiae periodi Calippi die 27. Mechir, & anno 178. ab obitu Alexandri, & 602. à Nabonassaro, & inter Äquinoctium Veris ab ipso Ptolemæo obseruatum post annos 285. completos die 7. Pachon, vide. licet anno ab obitu Alexandri 463. & 887. à Nabonassaro, & anno 140. à Christi Epocham visitata; Nam additis dd. annis 285. dicto anno 178. Alexandri, sunt dd. anni 463. ab obitu Alexandri, quemadmodum supputat Ptolemæus: & additis ijsdem annis 285. dicto anno 602. à Nabonassaro, sunt dd. anni 887. à Nabonassaro; & additis dd. annis 146. labentibus ante Christi Epocham dicto anno 140. à Christi Epocham labenti, sunt dd. anni 285. completi inter dicta obseruationē Äquinoctij Veris Hipparchi, & illā eiusdem Äquinoctij Veris Ptolemæi.

Quod autem inter Epocham Christi, & Epocham Alexandri non sint nisi anni 323. labentes, vt ponit Leuera in cap. 10. pag. 270. sui Prod. demonstratur à prædicta obseruatione Äquinoctij Veris per Ptolemæum facta anno 463. ab obitu Alexandri, quæ secundum omnium Chronologorum, & Astronomorum sententiam fuit anno Epochæ visitatæ Christi 140. vt refert etiam Leuera in Prod. cap. 3. pag. 114. & 115. & c. 13. pag. 297. & Scaliger l. 4. de emend. temp. pag. 192. primæ edit. & ipse Ricciol. in Almag. c. 3. pag. 134. & in Chronologia sua reformata: nam demptis dd. annis Christi 140. labentibus, à dd. annis Alexandri 463. labentibus, remanent anni 323. labentes ab initio annorum, seu ab Epochæ Alexandri ad initium annorum, seu Epochæ visitatæ vulgaris Christi Domini; non autem anni 324. labentes, vt perperam supputat Ricciolus in sua Chronologia reformata in fundamento quarto, & vt refert in sup. epistola sua ad Cassinum.

Ab

Ab hac autem veritate consequitur, quod anni Olympiadum non fuerint anno ante Epocham Christi visitatam 776. ut ipse ponit in dicto fundamento quarto Chronologiæ suæ reformatæ, sed fuerint anni 775. sicut Salianus, & alij plures, ac Leuera cum eo censuerunt. Et enim cum, veluti firmat Ricciolus in dicto fundamento quarto suæ Chronologiæ reformatæ, obierit Alexander Magnus initio Olympiadis 114. ac proinde anno 452. completo ab initio Olympiadum, sane his annis 452. detractis ab annis ante Christi Epocham 775. vbi Olympia des secundum Salianum, & alios incepserunt, & non ab annis 776. vt subtrahit Ricciolus, remanet annus obitus Alexandri 323. ante Epocham Christi, se- cùs autem 324. vt perperam supputat Ricciolus in dicto fundamento 4. suæ Chronologiæ reformatæ, & refert in dicta sua epistola ad Cassinum.

Hoc autem confirmatur ex eo, quia cum nemo certificari possit, an annus ille eclipsis, & clavis Darij fuerit primus, an secundus Olympiadis 112. sicut verificatur fuisse anno 331. ante Epocham Christi visitatam, per supputationem d. Eclipsis cum dicta Epocham Christi; Ideo nemo certificari potest, quod initium Olympiadum fuerit anno 776. & non 775. ante d. Christi Epocham visitatam. Diodorus namque Siculus, qui refert fuisse anno secundo Olympiadis 112. non fuit testis ocularis, nec personaliter constitutus in principio Institutionis Olympiadum, neq; in dicta clade Darij. Et pariter cum nemo possit certificari, an annus obitus Alexandri fuerit 452. completus, vel labens ab initio Olympiadum, neque potest certificari, quod initium Olympiadum fuerit anno 776. ante Christi Epocham, & non anno 775. Eusebius enim neque fuit testis ocularis, & præsens in institutione Olympiadum, neque in obitu Alexandri Magni, ac proinde eius relatio, quod obitus Alexandri fuerit in principio 114. Olympiadis, & non in anno vltimo 113. Olympiadis certa non est, quemadmodum neque certa relatio d. Diodori Siculi, quod cla-

des Darij fuerit anno secundo Olympiadis 112. & non anno primo, ac proinde etiam ex his in idem redit, quod annus Alexandri fuerit 323. labens ante Epocham Christi visitatam, non autem 324. vt perperam firmat Ricciolus vbi supra.

Pariter quod inter Epocham Christi vulgarem visitatam, & Epocham Nabonassari non sint nisi anni 747. labentes demonstratur à dicta observatione Äquinoctij Veris per Ptolemæum facta d. anno 463. ab obitu Alexandri: Nam demptis dd. annis Christi 140. labentibus ab annis Nabonassari 887. labentibus, remanent anni 747. labentes ab initio annorum, seu ab Epochæ Nabonassari, ad initium annorum, seu Epochæ vulgaris Christi Domini; Veluti etiam additis d. Epochæ Alexandri, videlicet annis 323. labentibus ante Christi Epocham, annis 424. qui secundum Ptolemæum in cap. 8. lib. 3. Almag. sunt inter Epocham Nabonassari, & Alexandri; sunt anni 747. labentes ante Epocham Christi, vbi initium sumit Epochæ Nabonassari, sicut ponit Leuera in cap. 10. sui Prod. vbi de Epochæ Nabonassari pag. 227. propterea non fuit Epochæ Nabonassari anno 747. completo ante Epocham Christi, vt male supputat Ricciolus in sua Chronologia reformata in fundamento quarto.

San. Ex deductis ergo manifestum est errasse Ricciolum, & cū eo Cassinum in Chronologia, Epochis, & Radicibus annorum Nabonassari, & Alexandri Magni, non solum vti relatiuis ad Epocham, & Periodum annorum Calippi, sed etiam vti relatiuis ad annos Epochæ Christi visitatæ, & consequenter in consignandis suo tempori observationibus Hipparchi, nimirum annis Alexandri, & Nabonassari verè relatiuis ad dictam Epocham Calippi, & ad dictam Epocham Christi visitatam.

Merc. Denique circa 6. & vltimam observationem Äquinoctij autumnalis Hipparchi, quam Ptolemæus notat fuisse anno 36. tertiae Periodi Calippi, quarta Intercalarium vespere; Et circa tertiam, & vltimam observationem Äquinoctij Veris eiusdem Hipparchi, quam

Pto-

Ptolemæus notat fuisse anno 50. tertia periodi Calippi die prima Phamenoth in occasu; Videmus difficile posse certificari annos harum obseruationum, quia ultimam autumnalem Ptolemæus notat factam fuisse tertia periodi Calippi anno 36. cum ad rationem 5. obseruationis quæ ut supra demonstratum est, fuit anno 32. desinente, debuisset esse anno 35. d. 3. periodi Calippi desinente, & 181. ab obitu Alexandri, quia Ptolemæus refert fuisse anno 3. post dictam obseruationem quintam Hipparchi pariter autumnalem; nisi dicatur fuisse anno tertio labente à dicta quinta obseruatione: nam eo casu fuisset anno 34. desinente tertia periodi Calippi, & 180. ab obitu Alexandri dimisso quod si fuisset annus 36. tertia periodi Calippi, incidisset hæc obseruatio in annum 182. ab obitu Alexandri, & non in annum 181. sicut supputat Ricciolus in Cronologia sua reformata, ne interuallum inter initium annorum Calippi, & Alexandri, esset septem annorum, cum esse debet sex annorum ut supra ex Ptolemeo, & ceteris Cronologis demonstratum est. Et auget suspicionem Ptolemæus affirmans hunc ingressum Solis in punctum æquinoctij Autumnalis secundum obseruationem Hipparchi factum vespere, oportuisse fieri in media nocte, quod neque secundum ipsum Ptolemæu subsistere potest, quia cum dixerit paulo supra Ptolemæus obseruationem quintam æquinoctij Autumnalis Hipparchi esse debuisse in meridie, & hæc sexta obseruatio fuerit anno 3. ab illa, necessario hæc debuisset esse de mane, & non in media nocte secundū ipsum Ptolemeum, & tamen notata est in Vespere ab Hipparcho qui illud æquinoctium obseruauit. Ne igitur incredibili oscitantiæ, & negligentiae Hipparchi adscribenda, esset tam enormiter erronea obseruatio, potius abaco, aut adnotationi tribuendam esse existimauit Leuera; nam si fuisset anno 36. Tertia Periodi Calippi Vespere, adscribenda esset Hipparcho post inueteratam in obseruando experientiam, enormis differentia, & discrepantia horarum 14. tardius inter

Aequinoctiū Cœleste verum, & Aequinoctium ab Hipparcho obseruatum, ut illico sit notum si describantur æquinoctia Autumnalia secundum seriem annorum à prima Hipparchi obseruatione Autumnali usque ad hanc ultimam obseruationem pariter Autumnalem, videlicet ab anno 161. ante Christi Epocham visitatam, ubi veluti supra demonstratum est, fuit prima obseruatio Hipparchi usque ad annum 143. ante eamdem Christi Epochā, ubi fuit ultima obseruatio æquinoctij Autumnalis Hipparchi, seu ab an. 163. Alexandri usq; ad an. 181. eiusdem, seu ab anno 587. Nabonassari, usque ad annum 605. eiusdem.

Sau. Ecce hic descripta secundum seriem dictorum annorum, non solum æquinoctia Autumnalia omnia, sed etiam Vernalia, quæ contigerunt in decursu 34. annorum vitæ, in quibus obseruauit Hipparchus sex æquinoctia Autumnalia, & tria Vernalia; Et amplius descripta quoque sunt ea, quæ contigerunt in decursu 9. annorum, in quibus obseruauit Ptolemæus duo Equinoctia Autumnalia, & unum Vernale, quæ iam à nobis simili curiositate excitatis descripta, & in duas Tabellas redacta fuerunt; ducto initio dictorum 34. æquinoctiorum, tum Autumnalium, tum Vernalium ab anno, mense, die, & hora prime obseruationis Autumnalis Hipparchi cum debito interuallo, ultra dies 365. horarum 5.48. tardius unius æquinoctij Autumnalis, successuè ab altero Autumnali, videlicet secundum anni Cœlestis veram magnitudinem à Leuera compertam; Et similiter in æquinoctijs Vernalibus, ducto initio à primo Vernali eiusdem Hipparchi, eadem methodo, quæ supra. Et pariter ducto initio dictorum 9. æquinoctiorum Ptolemai ab illo Vernali, sed contra seriem annorum; Et à primo Autumnali, secundum seriem dictorum 9. annorum. Hæc autem duæ Tabellæ successuè sequuntur post Tabellam Obseruationum æquinoctiorum Autumnalium, & Vernalium Hipparchi, & Ptolemei secundū annos Calippi, Alexandri, Nabonassari, & Christi Dñi, ut hic infra videre est.

Temp

Tempora Observationum Äquinoctiorum Autumnalium, & Vernalium Hipparchi, & Ptolemæi secundum Annos Periodi Callippi, Alexandri, Nabonassari, & Christi Domini,
ut supra examinata.

Tempora Äquinoctiorum Autumnalium Hipparchi.

Numer.	ANNI LABENTES				Menses & Dies	Menses & Dies	Anni	Diei partes in Alexandria.
Obser- nat.	III. Peri- odi Ca- lippi,	ab Obi- tu Ale- xandri.	a Regno Nabo- nassari.	ante Christi Epochā.	Aegypti	Romani.		
1	17	163	587	161	Mess. 30	Sept. 27.	Bissex.	Apud Occasum Solis.
2	20	166	590	158	Inter. 1	Sept. 27.	Com. 3.	Mane sed 2. Pt. in Mer
3	21	167	591	157	Inter. 1	Sept. 27.	Bissex.	Mer. sed 2. Ptol. in occa.
4	31	177	601	147	Inter. 4	Sept. 27.	Com. 2.	Ultra medium noctem.
5	32	178	602	146	Inter. 4	Sept. 27.	Com. 3.	Mane sed 2. Ptol. in Mer
6	35	181	605	143	Inter. 4	Sept. 27.	Com. 2.	Vesp. sed 2. Ptol. m. noct.

Tempora Äquinoctiorum Vernalium Hipparchi.

1	32	178	602	146	Mec. 27	Mar. 25	Com. 3.	Mane & cir. 5. h. dies
2	43	189	613	135	Mec. 29	Mar. 24	Com. 2.	Post medium noctem
3	50	196	620	128	Phame. 1	Mar. 24	Com. 1.	In occasu

Tempora Äquinoctiorum Autumnalium, & Veris
Ptolemæi.

Numer.	ANNI LABENTES				post Christi Epochā.	Menses & Dies	Menses & Dies	Anni	Diei partes in Alexandria.
Obser- nat.	Adria- ni.	VI. Peri- odi Ca- lippi	ab Obi- tu Ale- xandri.	a Regno Nabo- nassari.	Aegypti	Romani.			
1	17	5	455	879	132	Athir. 7	Sept. 25.	Bissex	Hor. 2. p. m.
Antoni- ni incip.									
2	3	12	462	886	139	Athir. 9	Sept. 26.	Cō. 3	H. 1. p. ort. ☽
Antoni- ni desin.									
3	3	13	463	887	140	Pach. 7	Mar. 22	Bissex	H. 1. p. m. ferē

Tempora

*Tempora triginta quatuor Äquinoctiorum Vernalium, & 10*ii.*
dem Autumnalium, quæ fuerunt à primo anno, in quo Hip-
parchus obseruare cœpit eadem Äquinoctia, usque ad ul-
timum annum, in quo eadem obseruare desit in Ale-
xandria Ägypti secundum verā, & perpetuò eam-
dem magnitudinem Anni Cœlestis dierum
365. & h. 5. 48*ii.**

ANNI LABENTES

III. Peri- odi Ca- lippi	ab Obiu- n Alexan- dri	a Regno Nabonasi- fari.	ante Epocham Christi.	Aequinoctia Veris Menses, & dies Romani.	Aequinoctia Autumni Menses, & dies Romani
17	163	587	161 B.	Mart. 24. h. 11. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 6. 26. p.m.
18	164	588	160	Mart. 24. h. 17. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 12. 14. p.m.
19	165	589	159	Mart. 24. h. 23. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 18. 2'. p.m.
20	166	590	158	Mart. 25. h. 5. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 23. 50'. p.m.
21	167	591	157 B.	Mart. 24. h. 11. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 5. 38'. p.m.
22	168	592	156	Mart. 24. h. 16. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 11. 26'. p.m.
23	169	593	155	Mart. 24. h. 22. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 17. 14'. p.m.
24	170	594	154	Mart. 25. h. 4. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 23. 2'. p.m.
25	171	595	153 B.	Mart. 24. h. 10. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 4. 50'. p.m.
26	172	596	152	Mart. 24. h. 16. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 10. 38'. p.m.
27	173	597	151	Mart. 24. h. 21. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 16. 26'. p.m.
28	174	598	150	Mart. 25. h. 3. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 22. 14'. p.m.
29	175	599	149 B.	Mart. 24. h. 9. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 4. 2'. p.m.
30	176	600	148	Mart. 24. h. 15. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 9. 50'. p.m.
31	177	601	147	Mart. 24. h. 21. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 15. 38'. p.m.
32	178	602	146	Mart. 25. h. 2. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 21. 26'. p.m.
33	179	603	145 B.	Mart. 24. h. 8. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 3. 14'. p.m.
34	180	604	144	Mart. 24. h. 14. 42'. p.m.	Sept. 27. h. 9. 2'. p.m.
35	181	605	143	Mart. 24. h. 20. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 14. 50'. p.m.
36	182	606	142	Mart. 25. h. 2. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 20. 38'. p.m.
37	183	607	141 B.	Mart. 24. h. 7. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 2. 26'. p.m.
38	184	608	140	Mart. 24. h. 13. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 8. 14'. p.m.
39	185	609	139	Mart. 24. h. 19. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 14. 2'. p.m.
40	186	610	138	Mart. 25. h. 1. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 19. 50'. p.m.
41	187	611	137 B.	Mart. 24. h. 7. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 1. 38'. p.m.
42	188	612	136	Mart. 24. h. 12. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 7. 26'. p.m.
43	189	613	135	Mart. 24. h. 18. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 13. 14'. p.m.
44	190	614	134	Mart. 25. h. 0. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 19. 2'. p.m.
45	191	615	133 B.	Mart. 24. h. 6. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 0. 50'. p.m.
46	192	616	132	Mart. 24. h. 12. 8'. p.m.	Sept. 27. h. 6. 38'. p.m.
47	193	617	131	Mart. 24. h. 17. 56'. p.m.	Sept. 27. h. 12. 26'. p.m.
48	194	618	130	Mart. 24. h. 23. 44'. p.m.	Sept. 27. h. 18. 14'. p.m.
49	195	619	129 B.	Mart. 24. h. 5. 32'. p.m.	Sept. 27. h. 0. 2'. p.m.
50	196	620	128	Mart. 24. h. 11. 20'. p.m.	Sept. 27. h. 5. 50'. p.m.

Tempora

Tempora nouem Æquinoctiorum Vernalium, & totidem
Autumnaliū, in quibus Ptolemæus obseruare cœpit eadē
Æquinoctia, usque ad ultimum annum, in quo ea-
dem obseruatio desist in Alexandria Ægypti se-
cundum veram, & perpetuò eamdem
magnitudinē Anni Cœlestis
dierum 365. &
b. s. 481.

ANNI LABENTES

				<i>Aequinoctia Veris</i> <i>Menses, & dies Romani.</i>	<i>Aequinoctia Autumni</i> <i>Menses, & dies Romani</i>
<i>Imper.</i>			<i>post Epocham Christi.</i>		
<i>Hadriani</i>	<i>VI. Periodi Calippi.</i>	<i>ab Obitu Alexandri</i>	<i>a Regno Nabonassari.</i>		
17	5	455	879	132 B. <i>Mart. 22. h. 1.32¹. p.m.</i>	<i>Sept. 24. h. 20. 1¹. p.m.</i>
18	6	456	880	133 <i>Mart. 22. h. 7.20¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. h. 1.49¹. p.m.</i>
19	7	457	881	134 <i>Mart. 22. h. 13. 8¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. h. 7.37¹. p.m.</i>
20	8	458	882	135 <i>Mart. 22. h. 18.56¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. h. 13.25¹. p.m.</i>
21	9	459	883	136 B. <i>Mart. 22. b. 0.44¹. p.m.</i>	<i>Sept. 24. b. 19. 13¹. p.m.</i>
<i>Anto. nini</i>					
1	10	460	884	137 <i>Mart. 22. b. 6.32¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. b. 1. 1¹. p.m.</i>
2	11	461	885	138 <i>Mart. 22. b. 12.20¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. b. 6.49¹. p.m.</i>
3	12	462	886	139 <i>Mart. 22. b. 18. 8¹. p.m.</i>	<i>Sept. 25. b. 12.37¹. p.m.</i>
<i>incip.</i>					
3	13	463	887	140 B. <i>Mart. 21. b. 23.56¹. p.m.</i>	<i>Sept. 24. b. 18. 25¹. p.m.</i>
<i>desin.</i>					



下

Meng.

BIBLIOTECA
DEL
MUSEO NACIONAL DE ARTE, MEXICO D.F.

Merc. Ergo quia nonquam in alijs Äquinoctijs, tam Autumnalibus, quam Vernalibus ab Hipparcho obseruatis, reperitur tam enormis discrepantia horarum 14. Ideo vel facta fuit hæc dicta vltima, & sexta obseruatio Äquinoctij Autumnalis ab Hipparcho, anno sequenti à predicta quinta obseruatione, vbi Äquinoctium Cœleste verum fuit paulo antè vesperæ; vel dicto anno 34. tertię Periodi Calippi, qui fuit secundus completus à dicta quinta obseruatione, vbi Äquinoctium Cœleste verum fuit post occasum; vel dicto anno 35. tertię Periodi Calippi, qui fuit 3. à dicta quinta obseruatione completus, vbi etiam enormis est differentia Äquinoctij veri cœlestis horarum 9. cir. ab hoc sexto Äquinoctio Autumnali per Hipparchum obseruato, ut videre est in hac Tabella Äquinoctiorum omnium tempore vitæ Hipparchi decurorum, deducta ab ipsius obseruationibus, quoad annum, mensem, & diem omnino indubitatis, & quoad horam quoq; circiter, certioribus.

Sau. Indebite, itaque Ricciolus aruit Leueram de enormi peccato, ncmpe de differentia trium annorum à tempore dictæ obseruationis vltimæ Autumnalis Hipparchi per Ptolemæum relato, nam video Leueram sese enixè protestasse in cap. 3. sui Prodomi pag. 105. de aliquo hallucinio in adnotatione huius obseruationis, quia interuallum Äquinoctiorum præcedentium cum hoc eis sequente, quando hæc obseruatio sexta, & vltima Äquinoctij Autumnalis Hipparchi sumatur in alio quolibet ex dictis annis, enormiter extenderetur ad plurimas horas, quod credibile non est propter inueteratam 20. annorum experientiam Hipparchi in obseruando. Propterea Leuera ait elegisse illum ex his tribus annis, vbi Autumnale Äquinoctium incidit circa horam à Ptolomæo relatum, videlicet vesperæ; Præter quam quod hoc in nihilo præjudicare visum est doctrinæ motu solarium à Leuera in suo Prodomo propositæ; Immo æquè inseruire ad anni magnitudinem elicien-

dam hanc obseruationem incertam, veluti deseruiunt aliæ obseruationes omnes certæ eiusdem Hipparchi; nam etiæ si in consignandis suo temporis obseruationibus omnibus Hipparchi, erratum fuisset in annis tribus, ac quatuor in qualibet ipsius obseruatione, vt supra diximus, tamen collationes earum cum obseruationibus modernorum Astronomorum propter longissimum interuallum 1800. annorum inter vetustas Hipparchi, & recentes Modernorum obseruationes diversificare non valerent magnitudinem anni Cœlestis quæsitam per huiusmodi Comparationes, collationes, & considerationes, nisi in scrupulis secundis temporis, & vix unquam in uno primo scrupulo, veluti demonstrat Leuera per plures probationes arithmeticas inuincibilis in dicto cap. 3. sui Prodromi pag. 101. Col. 2. & pag. 102. Col. prima, & singillatim pag. 109. III.II, & pag. 136.

Merc. Similiter neque annus vltimæ obseruationis Vernalis Hipparchi certificari potest, an sit annus 50. tertię periodi Calippi, nam si fuisset annus 50. adscribenda pariter esset Hipparcho post diurniorem in obseruando artem 33. annorum, discrepantia horar. 6. circiter inter Äquinoctium cœleste verum, & Äquinoctium obseruatum ab Hipparcho; quod verisimile non videtur. Si vero fuisset anno 49. tertię periodi Calippi ut posuit Leuera, non esset nisi parua differentia inter Äquinoctium cœleste verum, & Äquinoctium ab Hipparcho obseruatum, veluti visum est per Tabulam prædictam Äquinoctiorum omnium Vernalium tempore Hipparchi.

Sau. Ab his ergo examinibus obseruationum Hipparchi, & Epocharum Calippi, Alexandri, Nabonassari, & Christi Domini manifestum fit, Leueram rectè consignasse suis debitiss annis dicta quinq; Äquinoctia Autumnalia ab Hipparcho obseruata; Vltimæ vero nempè sextæ obseruationis Autumnalis annum, in quo vere fuerit, veluti etiam annum vltimæ obseruationis Vernalis eiusdem Hipparchi, non posse certificari, & con-

sequenter Chronogiam Riccioli reformatam, eiusque fundamenta cum additionibus, & scholijs in epistola Caijini pluries errare tam circa Epochas, seu radices annorum Calippi, Alexandri, Nabonassari, & Christi atque enumeratio nem annorum ab eisdem Epochis, quam in consignando annos earum Epocharū obseruationibus Aequinoctiorū Autunnalium Hipparchi, & Ptolemæi, & quod modo in unam Cronotaxim, modo in contrarium, desultoria quadam inconstantia relapsus est Ricciolus, non autem Leueræ, quem iniustè, ac indebetè arguit de his omnibus erroribus in Epochis, & Chronologia, de quibus ipse vere redarguendus venit; & qui Leueræ falso imponit, quod veritus non sit erroris insimulare Ptolemæum, & Hipparchum non minus Chronologiæ, quam Astronomiæ Principes, cum ipse Ricciolus sit, qui veritus non est Chronogiam reformatam edere contra veterem Chronogiam Hipparchi, & Ptolemæi; Itemq; Almagestum nouum condere contra Almagestum Ptolemæi, & anni magnitudinem, obliquitatem Eclipticæ, atq; eccentricitatem, & apogæum Solis, motusq; eiusdem Solis, ac planetarū, & stellarū omnium prædecessorum Astronomiæ, aliorumque controuertere, ac corrige re, nihil concludendo nisi contrarietas, errores, & contradictiones.

Et propterea argumentū illud à Ricciolo in medium allatum, quod Leueræ obseruationes Hipparchi detorserit, ut cum magnitudine anni à se excogita ta epilogismos suos, suamque phantasiā Leueræ sequatur; retorquendum esse contra ipsum Ricciolum, qui ad anni magnitudinem à se excogitam, quoquomodo sustinendam, obseruationes Hipparchi per annum, & per diem diversificauit, ac proinde nec ingenua hoc imposuisse Leueræ dicendum est.

Merc. Insuper videmus Leueram non constituisse doctrinam de motibus solari bus, & sidereis in aliquibus tantum obseruationibus, ijsque ambiguis, & dubijs, sed in plurimis indubitatis obseruationibus, documentis, & traditio-

nibus celeberrimorum omnium Astronomorum, atque etiam philosophorum, & non simpliciter Geometrarum, seu Vranometrarum, vnde certitudinem reuersionum, periodorumque motuum omnium, tam in quarta sphaera solari, quam in octava sphaera splendida fixarū Stellarum longæuis studijs adeptus est, veluti visum fuit per plures Arithmeticas demonstrationes, quas deducit in suo Prodromo, & quas recenset in c. 9. à pag. 224. & ideo Ricciolo, & Cassino opus esset ad Prodromi Leueræ doctrinam prosterwendam non solum destruere, & prostertere Astronomiam Iy conicam, sed etiam Astronomiam docum enta, & traditiones omnes Hipparchi, Ptolemæi, Albategni, & aliorum insignium Astronomorum propter consensum, & colligantiam totius doctrinæ motuum solarium in Prodromo descriptæ cum obseruationibus, & doctrina dd. Astronomorum omnium; Nemo autem est qui ignoret, quam arduū sit veterem Astronomiam profigare, nouamque fundare, & construere duabus obseruationibus Aequinoctiorum, vt Cassinus, & tribus obseruationibus Aequinoctiorū, & una solstitij astri, sicut Ricciolus, ijsque sine debita experientia, & praxi præcedente administratis, & erroreis hodie repertis, spernendo innumeris fermè obseruationes Astronomorum omnium, quorum nec vita, nec obseruationes quamvis fermè innumera biles, vix sufficere potuerunt ad Astronomiæ integratatem, & perfectionem posteritati relinquendam.

Sau. Ignorare non debes Mercurij, Ricciolum ab anno Christi 1643. plurimas, ac plurimas cum suis magnis quadrantibus, alijsq; vt ait prægrandibus organis, non modo solis, sed etiā stellarum fixarum, & reliquorum Planetarum obseruationes se palam fecisse, & simili ter Cassinum cum Gnomone magno Bononiensi ab ipso reformato, anno Christi 1655.

Merc. Certè nemo est, qui ignoret eos quam plurimas fecisse obseruationes, illasq; semper maiori, quo potuerūt

studio, & diligentia: Veruntamen si istæ obseruationes eorum plurimæ, quæ ha-
etenus in abscondito manent, sunt eius-
dem ponderis, & perfectionis, veluti
examinatæ quatuor Riccioli, & duæ
Cassini super quibus nouam Astronomiæ
fundare conati sunt contra obserua-
tiones priscorum, & modernorum Astro-
nomorum omnium, & quas indubium
est ipsos dedisse in lucem tanquam cæ-
teris eorum obseruationibus perfectio-
res; Actum, & conclamatum est de ea-
rum imperfectione, & insufficientia.

Sau. Vnum animaduersione dignum
prætereundum nou existimo, nimirum,
quod Leuera, fundamenta Astronomicæ
doctrinæ sui Prodromi iecit in obserua-
tionibus, & traditionibus alienis, atque
indifferenter omniū insigniorum Astro-
nomorum, qui in cunctis sæculis florue-
runt vbique Terrarum tām vetustissimo-
rum Aegyptiorum, Græcorum, & Per-
sarum, quām modernorum Lantgrauij
Heinzellij, Tyconis, vt videre est in c. 3.
& 12. & 13. minimè autem in obserua-
tionibus proprijs, veluti fundare nitun-
tur plures moderni, qui propterea eo
magis suspecti fiunt, quo magis spernunt
obseruationes, & traditiones prædeces-
orum Astronomorum, ab illisque de-
clinant, suas obseruationes, & testimo-
nia cunctis preferendo, & præponendo,
vt Cassinus, & Ricciolus.

Merc. Probe animaduertisti Sauini-
nam longe maiorem fidem meretur do-
ctrina originem ducens ab obserua-
tionibus, & traditionibus simul coaduna-
tis, & collatis quam plurimum præstan-
tissimorum Astronomorum, quām do-
ctrina ortum habens ab aliquibus obser-
uationibus, & traditionibus alicuius
Astronomi declinantibus, ac discrepan-
tibus à cæteris Astronomorum insignio-
rum; nullam verò fidem, quando sit do-
ctrina duorum Astronomorum, seu ve-
rius Vranometrarum inter se inuicem
dissentientium in anni magnitudine, ec-
centricitate Solis, Apogæo, alijsque, vt
Cassinus, & Ricciolus.

Sau. Consideratis obseruationibus
Tyconis, eiusque doctrina in lib. primo

Progymnasm. & in Prodromo Leuera,
non videmus contrarietates, nec contra-
dictiones in obseruationibus Tyconis,
neque in doctrina motuum solarium,
neq; in Tabulis mediorum motuum, &
Apogæi Solis, eorumque Radicibus, &
Epochis, neque in Intervallis motum
Solis à o. Y ad. o. ο. nec à o. ο. ad o. Y.
neq; ab Æquinoctijs ad Solstitia, neque
à Solsticijs ad Æquinoctia, à Leuera in
Prodromo tradita, quemadmodum vi-
dimus in paucis illis obseruationibus
Riccioli, & in libello, seu specimine ob-
seruationum Cassini, & in Tabulis atq;
Epochis mediorum motuum, & Apogæi
Solis, atque in prædictis intervallis mo-
tum Solis, & in magnitudine anni tām
Riccioli, quām Cassini: & licet reper-
ti fuerint à nobis alij errores, & contra-
rietates circa coelestes motus planetarū,
& stellarum in Almagesto nouo Riccio-
li, & in dicto libello obseruationum
Cassini circa motus solares; tamen quia
extra hanc controuersiam sunt illos sub
silentio interim prætereamus.

Merc. Longum sane esset recensere
contradictiones, contrarietates, & erro-
nea documenta, & imaginationes, quæ
in eis continentur.

Sau. Trutinemus modo Mercuri, an
Leuera rite, & recte computauerit non
solum annos, vt præclare vidimus com-
putasse, verum etiam dies obserua-
tionum Hipparchi, & quoq; Ptolemæi.

Merc. Evidem per plurimorum ex-
emplorum solidam experientiam, per-
spicuum iam est tām Tabulas mediorum
motuum, quām Tabulas annorum maxi-
morum solarium à Leuera in suo Pro-
dromo exaratas, præstare exquisite ad
minutum quæcumq; loca Solis in omni
æuo tūm præterito, tūm futuro quæsta,
nullumq; Astronomorum per eorum Ta-
bulas proximius ipso Leuera, accedere
in supputationibus Æquinoctiorum Au-
tumnalium, & Vernalium iam pridem
ab Hipparcho, & Ptolemæo obserua-
torum ad tempora talium obseruationum,
scilicet ad verum annum, verumque
diem, & horas dd. obseruationum Hip-
parchi, & Ptolemæi ab eis factarum, et
mai-

maioris quæ potuerunt industria, & diligentia. Nam circa primam obseruationem æquinoctij autumnalis Hipparchi, supputationes factæ tam per Tabulas mediorum motuum, quam per Tabulas annorum maximorum solarium, tam in cap. 12. pag. 273. quam in cap. 13. pag. 292. d. Prodromo Leueræ, conueniunt ferè etiam in horis cum dicta obseruatione Hipparchi, quæ cum fuerit, ut visum est, anno 169. periodi Calippi, & 163. ab obitu Alexandri, & anno 161. ante Christi Epocham die 30. Messori apud Occasum Solis, qui mensis, & dies sec. omnes Chronologos, & Ricciolum respondet diei 27. Septembbris nostri. Ideo pariter sec. supputationes factas cū prædictis Tabulis Leueræ in suo Prodromo cap. 3. pag. 106. visum fuit incidisse dicto anno, & die 27. Septemb. hor. 6. 23'. p.m. & sic apud occasum Solis, sicut obseruauit Hipparchus in Alexandria Ægypti; & habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogæi, moramque solarem illius Æui, fuit per duas horas præcisè citius, ut supputat in suo Prodromo cap. 13. pag. 334. & 335. ac proinde admodum proximè ad horam quoque dictæ primæ obseruationis Hipparchi. Sed secundū Astronomos omnes modernos, eorumque Tabulas Solares, qui anni magnitudinem existimant esse minutorum 49. ferè supra horas 5. & dies 365. & sic per minutum, vnum temporis tardius, quam reuera sit, inter quos est Ricciolus; dictum æquinoctium perperam fuisset per diem vnum, seu horas 24. circiter citius, quā fuerit ab Hipparcho obseruatum, & à Leuera supputatum, & sic fuisset die 26. Septembbris, nam anticipatio æquinoctiorum in annis 1800. secundum magnitudinem anni ab ipsis, & à Ricciolo existimatam, est dierum 14. ut supputat in lib. 3. Almagesti sui cap. 15. pag. 138. in exemplis, cum re vera secundum anni magnitudinem cœlestem veram dierum 365. & hor. 5. 48'. dicta anticipatio æquinoctiorum in annis 1800. sit dierum 15. præcisè, ut constat in Prodromo Leueræ cap. 12. pag. 277. & differentia inter hanc priscam obseruationem, & moder-

nas obseruationes à Tychone deductas æquinoctij autumnalis anni Christi 1640 sit pariter dierum 15 exacte, ut videtur est in dicto Prodomo Leueræ cap. 12. pag. 281.

Similiter circa secundam obseruationem æquinoctij autumnalis Hipparchi, quæ fuit, ut visum est, anno 172. periodi Calippi, & anno 166. ab obitu Alexandri, & anno 158. ante Christi Epocham die prima Intercalarium dēmane, qui Mensis, & dies secundum omnes correspondet diei 27. Septembbris nostri; sed secundum Ptolemæum hoc æquinoctium fuit in meridie, quia cum æquinoctium in prima obseruatione inciderit in occasu circiter, & anno sequenti debuerit incidere in media nocte circiter, & anno huic sequenti de mane in ortu Solis circiter; sanè anno tertio à dicta prima obseruatione, in quo fuit hec obseruatio Hipparchi incidere debuit in meridie circiter. Visum est pariter secundum Leueram fuisse hoc secundum æquinoctium ab Hipparcho obseruatum die 27. Septembbris hor. 23. 50. p.m. in Alexandria, & habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogæi, moramque Solarem fuisse duabus horis citius, & propriea admodum proxime ad horam quoque huius secundæ obseruationis autumnalis Hipparchi. Secundum autem Astronomos omnes modernos, eorumque tabulas Solares constructas secundum anni magnitudinem maiorem per minutum vnum temporis, quam reuera sit, inter quos est Ricciolus, dictum æquinoctium autumnale fuisset per diē vnum, seu horas 24. circiter citius, ac etiam secundum Ricciolum vbi supra in lib. 3. Almag. cap. 15. pag. 138. per annum vnum tardius, quod est manifeste falsum, ut patet in dicta tabula 34. æquinoctiorum, quæ secundum seriem annorum à prima Hipparchi obseruatione desumpta exactissime sunt cum debito interallo horarum 5. & 48'. vnius ab altero tardius; & probat etiam in suo Prodomo Leueræ in cap. 3. pag. 106.

Similiter circa tertiam obseruationem

nem Aequinoctij autumnalis Hipparchi, quæ fuit, ut visum est, anno 173. periodi Calippi, & anno 167. ab obitu Alexandri, & ante Christi Epocham anno 157. die prima Intercalarium, qui mensis, & dies secundum omnes correspondet diei 27. Septembris nostri, & in meridie, sed secundū Ptolemæum in Occasu circiter ob prædictam rationem, per quam Aequinoctium anni sequentis semper fit necessario horis 6. ferè tardius Aequinoctio anni præcedentis; Visum fuit secundum Tabulas Leueræ fuisse quoque die 27. Septembris hor. 5. 38'. p.m. in Alexandria, sed habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogei, fuit duabus horis citius, ac proinde admodum proximè ad horam quoque huius 3. obseruationis Hipparchi: At secundum omnes Astronomos modernos, eorumque Tabulas propter annum vno minuto temporis secundum eos grandiorem, inter quos est Ricciolus, dictum Aequinoctium fuisse per diem vnum, seu horas 24. circiter citius, quam reuera fuerit ab Hipparcho obseruatum, & à Leuera supputatum, ac etiam secundum Ricciolum per annum vnum tardius, quod pariter est falsum evidenter, ut videre est in dicta Tabula 34. Aequinoctiorum ex successiva serie eorum cum debito interallo horarū 5.48'. ynius annuæ reuersionis solaris ab altera tardius, & in cap. 3. dicti Prodromi Leueræ pag. 107.

Similiter circa quartam obseruationem Aequinoctij autumnalis Hipparchi, quæ fuit, ut visum est, anno 183. periodi Calippi, & 177. ab obitu Alexandri, & ante Christi Epocham anno 147. Intercalarium die 3. ultra medium noctem, cui respondet mensis, & dies 26. Septembris; Sed quia Ptolemæus, sicut æquiuocauit in adnotando annum verum huius obseruationis, ut supra visum est, ita etiam in adnotando diem verum; nam impossibile est, ut hoc Aequinoctium fuerit die 26. Septembris, quia cum interuallum ab una reuersione Solis in idem Zodiaci punctū, ad alteram ibidem reuersionem esse,

nunquam possit, nisi sex horarum ferè tardius secundum ipsum Ptolemæum, & Hipparchum; ideo necessario fuit die 27. Septembris, nam anno sequenti Aequinoctium autumnale fuit pariter die 27. Septembris horis 6. ferè tardius Aequinoctio autunnali ei præcedente, & adhuc magis hoc quartum Aequinoctium autumnale ab Hipparcho obseruatum necessario fuit die 27. Septembris nostri, quia nunquam in spacio 34. annorum, in quibus obseruavit Hipparchus vllum Aequinoctium autumnale fuit, neq; esse potuit extra diem 27. Septembris, ut videmus in dicta Tabula dd. 34. Aequinoctiorum; tum quia ita expostulat interuallum ipsius a sequenti Aequinoctio Veris anni 178. ab obitu Alexandri pariter obseruato ab eo. dem Hipparcho, dierum 178. & hor. 6. circiter, quod determinarunt Hipparchus, & Ptolemæus in lib. 3. Almag. c. 4. ut latè videre est in Prodromo cap. 3. pag. 103. & 104. & 109. col. 2. vers. quod autem; Ergo visum fuit hoc Aequinoctium secundum Tabulas Leueræ incidisse die 27. Septemb. hor. 15. 38'. p.m. in Alexandria; sed habita ratione ad differentiam temporis propter motum Apogei Solis, fuit duabus horis citius, ac proinde admodum proximè ad horam huius quartæ obseruationis autumnalis Hipparchi. Sed secundum Ptolemæum existimantem anni magnitudinem esse dierum 365. & hor. 5.55.12'. hoc Aequinoctium autumnale Hipparchi fuit per diem citius, & per annum tardius, quam re vera fuerit ab Hipparcho obseruatū, quia ita exigebat interuallum annorum 285. inter hoc Aequinoctium Hipparchi autumnale, & Aequinoctium pariter autumnale Ptolemaei anni 139. ab Epoche Christi ad rationem dictæ magnitudinis anni Ptolemaicæ, & collationis dd. duarum obseruationum inueniem à Ptolemaeo factarum in lib. 3. almag. cap. 2. pag. 59. Secundum autem Astronomos modernos, eorumq; tabulas propter anni magnitud. sec. eos die. ram 365. & h. 5. 49. fuit per diem vñū, seu hor 24. circiter citius, quam fuerit ab

ab Hipparcho verè obseruatū, & à Leuerā, vt supra supputatū, quia inter hanc obseruationem Hipparchi collationatā cum modernis ipsorum, effuxerunt anni 1800. quibus debetur ad rationem magnitudinis anni ab ipsis existimatæ, anticipatio dierum 14. non autem dierum 15. prout debetur magnitudini veræ anni cœlestis dierum 365. & horarū 5.48'. & veluti postulat differentia dierum, & horarum inter haec priscam obseruationem, & modernas, vt videre est in Prodromo cap. 12. vbi de anticipacione Aequinoctiorum, & in cap. 3. pag. 102. & 103. & pag. 107. eiusdem Prodromi, & in dicta Tabula dd. 34. Aequinoctiorum de tempore Hipparchi, & nouem Aequinoctiorum de tempore Ptolemæi.

Similiter circa quintam obseruationem Aequinoctij autumnalis Hipparchi, quæ fuit, vt visum est, anno 184. periodi Calippi, & 178. ab obitu Alexandri, & 602. à Nabonassaro, & ante Christi Epocham anno 146. die 4. Intercalarium de mane; sed secundū Ptolemaeum in meridie; qui mensis, & dies secundum omnes correspondet diei 27. Septembris nostri. Visum fuit secundum Leueram quoq; fuisse die 27. Sept. hor. 21.25'. p.m. in Alexandria; sed habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogæi, fuit duabus horis citius, ac proinde admodum proximè ad horam huius quintæ obseruationis Hipparchi. At secundum omnes Astronomos modernos, eorumq; Tabulas existimantes, vt supra annum uno minuto temporis grandiorem ferè, quam sit, veluti Ricciolus; dictum Aequinoctium fuisset per diem unum, seu horas 24. circiter. citius, quam reuera fuerit ab Hipparcho obseruatū, & à Leuerā supputatum; quod pariter est erroneū, vt euidenter patet in dicta Tabula exhibita dd. 34. Aequinoctiorum, & in cap. 3. Prodr. Leueræ pag. 104. & 107.

Deniq; circa 6. obseruationē Aequinoctij autumnalis Hipparchi, quæ vt visum fuit, incerta est. Si Aequinoctium illud fuit anno 187. Periodi Calippi, & anno

181. ab obitu Alexandri, & 605. à Nonnassaro, & anno 143. ante Epocham Christi vīstatā die 4. Intercalarium Vespere, aut secundum Ptolemaeum in media nocte, qui mensis, & dies correspondet diei 27. Septembris nostri sec. Chronologos; visum fuit incidisse sec. Leueram die quoque 27. Septembris, & hor. 14. 50'. p.m. in Alexandria; & habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogæi, fuit duabus horis citius, & ideo proximè ad horam huius sextæ obseruationis Hipparchi à Ptolemaeо existimatæ, quæ certificari non potest, quia cum Ptolemaeus dicat obseruationem quintam Aequinoctij autumnalis Hipparchi esse debuisse in meridie, & hæc fuerit anno tertio ab illa, necessario hæc debuisset esse de mane, & non in media nocte, sicut ibi corrigit Ptolemaeus Hipparchum dicentem fuisse Vespere: Sed hac incertitudine dimissa hoc Aequinoctium secundū omnes Astronomos, eorumque Tabulas, quia existimant anni magnitudinē esse grandiorem uno minuto temporis, quam verè sit, fuisset per diem unum, seu horas 24. circiter citius, quam reuera fuerit ab Hipparcho obseruatū, siue hæc obseruatione fuerit in hoc anno, siue in sequenti, siue in quolibet alio anno.

Modo circa Aequinoctia Veris Hipparchi, & primò circa primum Aequinoctium Veris ab illo obseruatū anno 32. tertiae periodi Calippi, scilicet anno 184. ab initio annorum eiusdem Calippi, & anno 178. ab obitu Alexandri, & 602. à Nabonassaro, & ante Epocham Christi 146. Mechir die 27. de mane, & circa horam 5. dici, qui mensis, & dies sec. Chronol. respondet diei 24. Martij, & ideo fuit d. 24. Martij, & hor. 23. circiter p.m. vbi Armilla ex vtraque parte apparuit etiā illuminata, sicut cogit ad id fatendum primo quia nullum Aequinoctium Veris spatio, 34. annorum, in quibus obseruavit Hipparchus, fuit nisi inter diem 25. Martij labentem; secundo, quia cum inter uallum ab Aequinoctio autumnali ad Aequinoctium Veris secundum Hipparchum, &

Pto-

Ptolemæum in lib. 3. Almag. cap. 4. tunc esset dierum 178. & hor. 6. ferè; Equidem additis dd. diebus 178. & h. 6. dicto Aequinoctio autumnali proximè præcedenti huic Aequinoctio Veris, quod, ut demonstratum est, fuit ab Hipparcho obseruatum dicto anno 177. ab obitu Alexandri, & anno ante Epocham Christi 147. die 27. Septembris ultra medium noctem, sanè incidit hoc Aequinoctium Veris immediatè sequens dicto Aequinoctio autumnali sub die 25. Martij post ortum Solis, non autem die 24. Martij, ut Chronologi perperam supponunt, & eo magis si sumatur h. 5. diei, in qua Armilla fuit ex vtraq; parte illuminata, ut ait Hipparchus; Ideo secundum Leueram visum fuit quoque hoc Aequinoctium Veris necessario incidisse die 25. Martij hor. 2. 55'. p.m. sicut pariter cogit ad id fatendum Aequinoctium autumnale proximè sequens huic Aequinoctio Veris eodē anno 178. ab obitu Alexandri, quod similiter fuit, ut demonstratum est, die 27. Septembris hor. 2. 25'. p.m. quia cum interuum ab Aequinoctio Veris ad Aequinoctium Autumni secundum Hipparchū, & Ptolemæum in dicto cap. 4. lib. 3. Almagesti tunc esset dierum 187. Profectò à die 25. Martij in meridie ferè usq; ad diem 28. Septembris pariter in meridie ferè ubi incidit secundū Ptolemæi aestimationem Aequinoctiū illud autumnale d. anni 178. ab obitu Alexandri, sunt dies 187. ut dixit etiam Leuera in suo Prodromo cap. 3. pag. 110. col. 1. Habita autem ratione ad differentiam temporis ob motum Apogæi, & moram solem illius æui, hoc Aequinoctium Veris fuit duabus horis tardius, ac proinde prope horas quoque huius primæ obseruationis vernalis Hipparchi; sed secundum Ptolemæum exstimatorum anni magnitudinem fuisse dierum 365. & hor. 5. 55'. ut supra dictū est, hoc Aequinoctium vernale Hipparchi fuit per diē citius, quam reuera fuerit ab ipso Hipparcho obseruatum, quia ita postulabat interuallum annorum 285. inter hoc Aequinoctium Hipparchi vernale,

& Aequinoctium pariter vernale Ptolemaei anno 140. ab Epochā Christi vi. tata, ad rationem magnitudinis anni Ptolemaei, & secundum collationem dd. duarum obseruationum inuicem à Ptolemaeo factam in d. lib. 3. Almagesti cap. 2. pag. 59. At secundum Astronomos modernos, eorumque Tabulas, estimantes anni magnitudinem esse die. rum. 365. & hor. 5. 49'. fuit pariter per diem unum citius, & secundum alios per annum etiam citius, quam ab Hipparcho verè fuerit obseruatum, & ab omnibus quidē erroneè, ut videre est in d. cap. 3. Prodr. Leueræ pag. 110. & etiam in Tabula exhibita dictorum 34. Aequinoctiorum tempore Hipparchi, & nouem Aequinoctiorum tempore Ptolemaei.

Similiter circa secundam obseruationem Aequinoctij Veris Hipparchi anno 43. tertiae periodi Calippi, seu 195. ab initio eiusdem, & anno ab obitu Alexandri 189. & à Nabonassaro 613. & ante Epocham Christi anno 135. Mechir die 29. post medium noctem, cuius mane fuit dies 30. ut notat Ptolemaeus in lib. 3. Almagesti cap. 2., qui mensis, & dies secundum Cronologos, inter quos etiam Ricciolus, correspondet diei 23. Martij nostri; sed impossibile est hanc secundam Veris obseruationem fieri potuisse die 23. Martij Primo, quia, ut dictum est, nullum Aequinoctium Veris de tempore Hipparchi fuit nisi post diem 24. & post diem 25. mensis Martij; Secundo quia cum eadem Aequinoctia Veris fuerint tempore Ptolemaei die 22. Martij, & post meridiem etiam diei 22. & sic die 23. labente, & necessariò de tempore Hipparchi Aequinoctia Veris fierent per dies duos cum dimidio ferè tardius, & extra annos bisextiles etiam usque ad tres dies circiter tardius propter interuallum 285. annorum inter obseruationes Ptolemaei, & Hipparchi, ut notat etiam Leuera in Prodromo dicto c. 3. pag. 110. col. 2. Ideo visum fuit secundum Leueram quoq; incidisse hoc Aequinoctium Veris secundo obseruatum ab Hipparcho die 24. Martij hor. 18. 43'. p. m. sed

secundum omnes Astronomos modernos, eorumque Tabulas propter anni magnitudinem grandiorum secundum eos vno minuto temporis, quam verè sit, incidit hoc æquinoctium per diem unum, seu horas 24. circiter citius, quam verè fuerit ab Hipparcho obseruatum, & à Leuera supputatum, idque erroneè per ea, quæ deducta sunt, & patet ex dicta Tabula exhibita 34. æquinoctiorum etiam vernalium de tempore Hipparchi, & in dicto cap. 3. pag. 110. Prodromi Leueræ.

Denique tertia obseruatio æquinoctij Veris Hipparchi si fuit anno 50. tertia Periodi Calippi; & 196. ab obitu Alexandri, & 620. à Nabonassaro, & anno 128. ante Epocham Christi, die prima Phamenoth, in occasu Solis, qui secundum Cronologos respondet diei 23 Martij, quod ut dictum est, esse minimè potest, quia veluti constat ex serie 34. æquinoctiorum Veris de tempore Hipparchi, æquinoctia nunquam esse potuerunt nisi post diem 24. & 25. Martij: Propterea visum fuit hoc æquinoctium secundum Leueram incidisse die 24. Martij hor. 11. 17'. p.m. sed secundum omnes Astronomos modernos propter anni magnitudinem ab ipsis grandiorum existimatam in vno circiter minuto temporis, quam verè sit, incidit secundum eos, eorumque tabulas hoc æquinoctium per diem unum, seu 24. hor. circiter citius, quam ab Hipparcho fuerit obseruatum & à Leuera supputatum. Si verò obseruatio huius æquinoctij Veris Hipparchi fuisset per annum citius scilicet anno Periodi Calippi 49. & ab obitu Alexandri 195. & à Nabonassaro 619. & ante Christi Epocham 129. Incidisset hoc æquinoctium hor. 5. 48'. citius, & sic eadem die 24. Martij hor. 5. 29'. p.m. & addita differentia temporis ob motum Apogei, moramque Solarem, fuisset duabus horis tardius, ac proinde prope horam quoque huius tertiae obseruationis Vernalis Hipparchi. At secundum omnes Astronomos modernos, eorumque tabulas propter annum, secundum eos grandio-

rem in vno minuto temporis circiter, quam reuera sit, erroneè pariter incidisset hoc æquinoctium per diem unum circiter citius, quam fuerit à Leuera supputatum.

Demum circa tempora æquinoctiorum Ptolemæi, & primo circa primam obseruationem æquinoctij autumnalis ab ipso factam anno sextæ Periodi Calippi quinto, nimirum anno 461. ab initio annorum eiusdem Calippi, & anno 455. ab obitu Alexandri, & 879. à Nabonassaro, & ab Epochâ Christi 132. die 7. Athir. hor. 2. p.m. ferè in Alexandria, qui mensis, & dies correspondet diei 25. Septembris nostri secundum Cronologos omnes: nam visum fuit secundum tabulas Leueræ hoc æquinoctium incidisse die 24. Septembris hor. 20. 2'. p.m. in Alexandria, & habita ratione ad differentiam temporis ob motum Apogei, moramq; Solarem æui Ptolemæi, fuit hor. 1. 10'. citius, ac proinde non longe ab horis huius primæ obseruationis autumnalis Ptolemæi. Sed secundum omnes Astronomos modernos, eorumq; Tabulas, propter anni magnitudinem secundum eos maiorem in vno circiter minuto temporis, quam sit, fuisset erroneè hoc æquinoctium per vnum ferè diem citius, quam fuerit à Ptolemæo obseruatum, & à Leuera supputatum in cap. 3. sui Prodromi pag. 112. col. 2. & in dicta Tabula 9. Aequinoctiorum de tempore Ptolemæi.

Secundo circa obseruationem secundam æquinoctij Autumnalis Ptolemæi, quæ fuit, ut supra demonstratum est, anno 12. sextæ, periodi Calippi, videlicet anno 468. ab initio dictæ periodi, & anno 462. ab obitu Alexandri, & 86. à Nabonassaro, & à Christi Epochâ visitata anno 139. die 9. Athir hor. 1. post ortum Solis, qui mensis, & dies secundum Chronologos respondet diei 26. Septembris nostri de mane, ac proinde diei 25. Septembris hor. 19. post meridiem more Astronomico, ut cogit ad id fatendum æquinoctium Veris huic immediate sequens per interuallum 178. dierum, & horarum 6. fere inter ipsa æquino-

Etia, debitum de tempore Ptolemei, nam à die 25. Septembris, & hor. 19. p.m. usque ad diem 22. Martij, & hor. 1. ferè p.m. anni sequentis 140. Bisextilis, sunt veluti supputat ipse Ptolemaeus in dicto lib. 3. Almagesti cap. 4. dies 178. & hor. 6. ferè; mensis enim Februarij illo anno Christi 140. Bisextili constitit ex diebus 29. Visum ergo fuit secundum Tabulas Leueræ incidisse hoc Aequinoctium die 25. Septembris hor. 12. 37. p.m. in Alexandria; Et habita ratione ad differentiam temporis propter motum Apogei, fuit hor. 1. 10. citius, ac proinde non longè ab horis huius sec. obseruationis autumnalis Ptolemæi. At secundum omnes Astronomos modernos, eorumque Tabulas, ob anni magnitudinem secundum eos maiorem in uno circiter minuto temporis, quam verè sit, fuisset erroneè hoc Aequinoctium per unum ferre diem citius, quam reuera fuerit à Leuera supputatum, & à Ptolemæo obseruatum, ut videlicet est in cap. 3. d. Prodromi pag. 113. & in Tabula exhibita 9. Aequinoctiorum de tempore Ptolemæi.

Denique circa tertiam obseruationem Aequinoctij Veris Ptolemæi, quæ fuit anno 13. sextæ periodi Calippi, & 469. ab initio eiusdem periodi, & ab obitu Alexandri anno 463. & à Nabonassaro 887. & à Christi Epochæ visitata anno 140. die 7. Pachon hor. 1 ferè p.m. qui mensis, & dies correspoder dicitur 22. Martij nostri secundū omnes Chronologos, nam visum fuit secundum Tabulas Leueræ incidisse hoc Aequinoctium Veris die 21. Martij hor. 23. 36'. p.m. in Alexandria, & habita ratione ad differentiam temporis, moramque solarem illius Aeuī, fuit hor. 1. 10. tardius, ac proinde præcisè ferè ad horam obseruationis Ptolemæi. At secundum omnes Astronomos modernos, eorumque Tabulas ob anni magnitudinem secundum eos maiorem in uno circiter minuto temporis, fuisset erroneè hoc Aequinoctium per unum ferre diem citius, quam reuera fuerit à Ptolemæo obseruatum, & à Leuera supputatum in cap. 3. sui Prod.

pag. 114. 115. & in dicta Tabula 9. Aequinoctiorum de tempore Ptolemæi.

Sau. Cum hactenus viderimus Leueram optimè consignasse tempori obseruationum Hippar. & Ptol. annos, ac dies talium obseruationum, tam secundum periodos Calippi, eiusque Epocham, quam secundum Epocham Alexandri, Nabonassari, & Christi visitatam; modo examinemus quomodo peruenierit ad certitudinem veritatis horæ, & minuti eorumdem Aequinoctiorum autunmalium, & Vernalium, quæ idem Hipparchus, & Ptolemaeus obseruarunt etiamiori, qua potuerunt diligentia, & industria; quamuis non semper exacte, quoad horas, & minuta eorumdem Aequinoctiorum propter imperfectiōrem Armillarum, quibus vtebantur, de qua plures protestatus est Ptolemaeus, in suo Almagesto.

Merc. Facile peruenit Leuera ad cognitionem horæ, & minuti Aequinoctiorum omnium, cum primum nouit, ut video, in c. 4. & in c. 12. sui Prodromi, redditum Solis in idem Zodiaci, & cuiuslibet dati horizontis punctum unico, eodemque temporis momento fieri singulis annis 120. Julianis; nam data aliqua exquisita obseruatione Aequinoctij autumnalis, aut vernalis, vel Solstitij aestivis, aut hyemalis, quæ sit Hipparchi, Ptolemaei, Tyconis, siue cuiuslibet Astronomi periti, atque experti in obseruando; certum est singulis 120. annis Julianis tam ante, quam post datum huiusmodi obseruationem, semper d. Aequinoctium, vel Solsticium fuisse, seu futurum esse in illa eadem hora, & minuto temporis præcisè.

Sau. Facile quoque est illico scire non solum horam, & minutum, sed etiam diem Aequinoctiorum quorumcumque præcedentium, vel sequentium à dato quolibet Aequinoctio optimè obseruato, quādo pro præcedentibus Aequinoctijs inuestigandis, toties subtrahuntur dies 365. & horæ 5. 48'. quoties quis cupit indagare Aequinoctia ab illo præcedentia, & annuatim distantiora, vel pro sequentibus Aequinoctijs inuestigan-

gandis toties addantur d.dies 365. & h. 5.48. quoties quis cupit indagare Aequinoctia ab illo sequentia, & annuatim distatoria, veluti nos indagauimus Aequinoctia omnia, quæ euenerunt in decursu 34. annorum vitæ, in quibus obseruauit Hipparchus, cum anni magnitudo sit perpetuo æqualis, ut plene probat etiam Leuera in cap. 2. sui Prodromi.

Merc. At illico scire diem quando quis querat præterita, vel futura Aequinoctia per plurimos annos distantia ab aliquo equinoctio obseruato, laboriosum est per supradictam regulam additionis, vel subtractionis 365. dierum, & hor. 5.48. singulis annis propterea his casibus compendiosius inuestigantur veri dies Aequinoctiorum per anticipationem dierū factam inter dicta duo Aequinoctia, videlicet inter Aequinoctium datum, seu obseruatum, & inter Aequinoctium quæsumum in quois anno Ciuii Iuliano.

San. Sit modo inter nos sermo de hac anticipatione dierum.

Merc. Anticipatio diei Aequinoctiorum in anno Ciuii Iuliano, qui est dierū 365. & hor. sex, contingit propter excessuam intercalationem, seu additionem vnius diei, quæ fit singulis quatuor annis Cœlestibus veris in dicto anno Ciuii Iuliano ex decreto Iulij Cæsaris emanato de tempore institutionis huius anni Iuliani. Incertum autem semper fuit, & à nemine exploratum usq; ad hanc nostram ætatem, quot minuta temporis importet singulis annis hæc intercalationis Iulianæ excessuitas propter incertitudinem veræ magnitudinis anni Cœlestis; sed quoniam diuina ope factū est, ut Leuera cognoverit hanc excessuitatem singulis annis semper fuisse, & futuram esse 12. minutorum temporis, ac proinde singulis quatuor annis Iulianis, non vnius diei, sed horarum 23. 12. singulis vero annis 120. Iulianis esse vnius diei 24. horarum præcise, quoniā anni Cœlestis vera magnitudo semper fuit, & erit dierum 365. & horarum 5. 48'. veluti plene probat in toto c. 3. & 4

& in cap. 17. à pag. 381. sui Prodromi per plures probationes inuincibiles Arithmeticas, & per quamplurima exempla, & experimenta tam per Tabulas mediorum motuum Solis, quam per Tabulas annorum maximorum solarium, in cap. 11. 12. & 13. & per alias Tabulas revolutionum solariū in cap. 14. 15. 16. veluti notat in cap. 9. d. sui Prodromi à pag 224.

Merito autem annus 120. est annus Solis maximus, quia Sol tunc tantum, vt dixi, redit ad idem Zodiaci, & eiusdemi dati horizontis punctum uno, eodemque temporis momento, ac proinde easdem reversiones, & revolutiones facit sicuti anno 120. præcedente, tam in mundo, quam in genituris, seu dato quolibet exordio. Ab eodemque anno maximo solari 120. annorū innoscunt tam dies, quam horæ, & minuta temporis anticipationis Aequinoctiorum, exquisitissimè cuiuslibet Aequinoctij præcedentis in qualibet annorum multitudine à quocumque Aequinoctio exquisitè obseruato, addendo pro Aequinoctijs præteritis indagandis diem unum horarum 24. præcisè singulis annis 120. Iulianis à dicto Aequinoctio obseruatis, & pro Aequinoctijs futuris demendo diem unum, firmis remanentibus horis, & minutis dicti Aequinoctij obseruati, ut modo dixi, & veluti latè docet Leuera in cap. 12. sui Prodromi.

Quod verò anticipatio vnius diei horarum 24. præcisè debeatur singulis annis 120. Iulianis, cognouit quoque Stoflerinus in suo Calendario propos. 39. litt. D. non autem singulis annis 133. sicuti videbatur secundum anni Cœlestis magnitudinem Alphonsinam dierum 365. & horarum 5.49'. 16'. ferè; Neque secundum annos maximos reliquorum Astronomorum tūm veterum, tūm modernorum, videlicet non singulis annis 106. secundum anni Cœlestis magnitudinem Albategni dierum 365. & hor. 5. 46'. 20'. nec singulis annis 127. secundū anni Cœlestis magnitudinem Riccioli dierum 365. & hor. 5.48'. 40'. nec singulis annis 128. secundum anni Cœlestis

magitudinem Tyconis dierum 365. & hor. 5.48^l.45^h. nec singulis annis 130. secundum anni Cœlestis magnitudinem Keppleri dierum 365. & hor. 5.48.57^h. Neque singulis annis 300. secundum anni Cœlestis magnitudinem Hipparchi & Ptolemæi dierum 365. & hor. 5.55.12^h. vt legitur etiam in Prodromo Leuera cap. 3. pag. 131. & in cap. 12. pag. 272. & 273. & in libro eiusdem edendo de anni Ciuilis Iuliani integra restitu-tione. Visum namque fuit dimissa scrupulosa supputatione à temporibus Mettonis, vbi siebat solstitium æstiuum die 28. Junij more Iuliano, veluti supputauit Scaliger ex Ptolemæo, scilicet ab anno 316. Nabonassari, & ante Epocham Christi visitatam 431. vsque ad annum à Christi Epochā 1646. vbi siebat solsti-tium æstiuum die 11. Junij more Iulia-no, factam esse anticipationem dierum 17. ferè spatio annorum 2076. qui efflu-xerunt inter hæc duo Aequinoctia, ac proinde ad rationem vnius diei singulis annis 120. Item à tempore Institutionis anni Ciuilis Iuliani, quod fuit anno 45. completo ante Epochā Christi visitatā, vbi Aequinoctia veris siebant die 24. Martij, vsque ad tempus Sacri Concilij Nicæni celebrati anno à Christi Epochā visitata 325. vbi Equinoctium Veris fuit obseruatum ab Astronomis Alexandri-nis iussu Sac. Concilij die 21. Martij anni Ciuilis Iuliani, quia effluxerunt in-ter hæc duo Aequinoctia anni 370. facta est anticipatio Aequinoctiorum per tres dies circiter. Et à tempore Sac. Concilij Nicæni vsque ad tempus, in quo fuit obseruatū Aequinoctium Veris ab octo Astronomis Persis iussu Regis Persarum anno 1079. die 15. Martij anni Iuliani, quia præterierunt inter hæc duo Aequinoctia, anni 754. facta est anticipatio sex dierum circiter. Et à dicto tempore Sac. Concilij Nicæni vsque ad annum Chri-sti 1582. vbi reformatum fuit Calenda-rium à Greg. xiiii. P.O.M. & vbi Aequinoctia Veris siebant inter diem 9. & 10. Martij anni Iuliani, quia effluxerunt in-ter hæc duo tēpora anni 1257. facta est anticipatio dierum 10. cum dimidio.

San. Postquam sermo noster est erga insignem annum maximum Solarem, 120. annorum à Leuera enucleatū, eiusdem anni maximi multiplicem, & ad-mirabilem usum ad hanc usque ætatem ignotum, quem præclare docet idem Leuera in cap. 4. & adhuc magis in cap. 14. 15. & 16. sui Prodromi experiamur exactius eius usum circa dictam antici-pationem diei Aequinoctiorum, vt fiat euidentior non solum veritas anni, & diei dd. obseruationum Hipparchi au-tumnalium, & vernalium; sed etiam veritas horæ, & minutorum temporis eorumdem Aequinoctiorum, quæ Hip-parchus, ea qua potuit maiori vigilan-tia, & labore obseruauit, & confe-ramus cum eis Aequinoctia à modernis Astronomis obseruata, & ab ipsorum obseruationibus deducta remotissima, per annos 1800. ab Aequinoctijs ab Hipparcho obseruatis, in qua annorum multitudine facta est anticipatio dierū 15. præcise in anno Ciuii Iuliano ad dictam rationem anticipationis vnius diei singulis annis 120. Iulianis. Pro-pterea consideremus, & conferamus in-uisum obseruationes autumnales, & vernales Hipparchi factas ante Christi Epocham visitatam, anno 161. 158. 157. 146. cum obseruationibus modernis Ty-conis, & ipsius etiam Riccioli, & Cas-sini factis anno Christi 1643. 1646. 1647. & 1655. & 1656. tam Aequinoctiorum autumnalium, quam vernalium, ut di-stantibus ab illis Hipparchi per dd. an-nos 1800.

Merc. Sumamus Aequinoctium pri-mum autumnale ab Hipparcho obser-uatum dicto anno ante Christi Epocham visitatam 161. qui fuit bissextili, die 30. Messori apud occasum Solis, quod su-pra visum est contigisse in Alexandria, die 27. Septembris more Iuliano secun-dum Astronomorum omnium consen-sum, & apud occasum illius diei 27. sci-liset hora 6.26'. p.m. & sumamus Aequi-noctium pariter Autumnale à Tyconis obseruationibus deductum, quod con-tigit anno Epochæ Christi visitatæ 1640. pariter bissextili, die 12. Septembris Iu-liani

iani hor. 5.51. p.m. Vraniburgi, ut notat Leuera in Prodromo cap. 12. pag. 281. sed in Alexandria ob differentiam meridianorum hor. 1. 35'. tardius, & sic hor. 6. 26'. p.m. nam si addantur dd. dies 15. qui præcise præterierunt ab hoc æquinoctio autumnali, quod primum obseruauit Hipparchus anno 161. ante Christi Epocham, usque ad hoc Aequinoctium autumnale anni Christi 1640. videlicet spatio annorum 1800. completorum, illico apparet dictum Aequinoctium priscum contigisse dicta die 27. Septembris hor. 6. 26'. p.m. in Alexandria, quemadmodum fuit præcise obseruatum ibidem ab Hipparcho dicta die 27. Septembris apud occasum Solis.

Sau. Euidens sanè, & certissima est ex hac comparatione, & consideratione anticipatio vnius diei singulis annis 120. atque etiam reuersio Solis in idem Zodiaci, & cuiuslibet dati horizontis punctum eadem hora, & minuto pariter singulis annis 120. Iulianis, quemadmodum docet Leuera in cap. 12. sui Prodromi.

Merc. certissima, & exquisitissima, est quidem dicta anticipatio, quando ambo Aequinoctia fuerint rite, & recte obseruata, nempe priscum, & recens Aequinoctium à duobus præstantissimis Astronomis, veluti fuit Hipparchus, & Tyco, sed quando alterum eorum claudicat, quia non fuerit perfecte obseruatum; eo Casu, in quot horis, & minutis deficit, vel abundat alterius obseruatio à vero momento temporis dicti Aequinoctij; in totidem horis, & minutis apparet defectus, vel excessus talis obseruationis; Et in his Casibus standū profecto est obseruationi peritioris, ac magis experti Astronomi, & pluribus, ac perfectioribus Instrumentis instructo.

Sau. Prosequamur, & experiamur etiam obseruationes Riccioli, & Cassini cum indubitate, & certioribus Hipparchi; & Ptolemæi, & Tyconis quantum consentiant, vel dissentiant ab illis Hipparchi, Ptolemæi, & Tyconis; & similiter certiores obseruationes Hipparchi, Ptolemæi, & Tyconis inuicem.

secundum prædictam anticipationem dierum debitam interuallis dictarum obseruationum in anno Ciuii Juliani.

Merc. Itaque si pariter tempori Aequinoctij anni 1643. tertij post bissextilem, quod fuit Vraniburgi secundum Tyconicas obseruationes die 12. Septembris anni veteris Juliani hor. 22. 15'. p.m. ut etiam notat Leuera in Prodromo dicto cap. 12. pag. 281. & in Alexandria ob differentiam meridianorum hor. 23. 50'. p.m. Si addantur dd. dies 15'. qui præterierunt ab hoc æquinoctio autumnali usque ad æquinoctium autumnale, quod secundo obseruauit Hypparchus anno ante Christi Epocham visitatam 158. pariter tertio post bissextilem, videlicet spatio annorum 1800. Illico apparet d. priscum æquinoctium fuisse die 27. Septembris hor. 23. 50'. p.m. in Alexandria, veluti supra demonstratum est necessario fuisse obseruatum ab Hipparcho eodem die & hora ferè in cap. 3. Prod. Leuera pag. 106. per obseruationem Aequinoctij autumnalis anni Christi 1587. à Tycone obseruati. Quod autem hoc priscum æquinoctium autumnale secundo obseruatum ab Hipparcho fuerit eodem die, & hora ferè prædicta, confirmatur per obseruationem à Ricciolo factam d. anno Christi 1643. Aequinoctij pariter autumnalis Bononiæ die 12. Septembris anni veteris Juliani hor. 22. 25'. p.m. & ob differentiam hor. 1. 43'. meridianorum die 13. Septembris hor. o. 8'. p.m. in Alexandria, quia cum facta fuerit ab una obseruatione ad alteram anticipatio dierum 15. ferè exactè, si addantur dd. dies 15. qui præterierunt ab hoc æquinoctio autumnali anni 1643. usque ad dictum æquinoctium autumnale, quod secundo obseruauit Hipparchus anno ante Christi Epocham visitatam 158. pariter tertio post Bissextilem, videlicet spatio annorum 1800. expletorum; illico apparet d. priscum Aequinoctium Autumnale fuisse die 28. Septembris hor. o. 8'. p.m. in Alexandria per dictam quoque obseruationem Riccioli, veluti supra demonstratum est, eadem die, & hora ferè necesse.

necessario fuisse obseruatum ab Hipparcho.

Quod vero priscum quoque illud Aequinoctium autumnale primo obseruatum ab Hipparcho inciderit eadem die, & hora predicta, confirmatur per eamdem obseruationem Riccioli dicti anni Christi 1643. Etenim demptis tribus vicibus hor. 5.49'. ferè minutis à tempore dictæ obseruationis Riccioli anni Christi 1643. redactæ ad meridianū Alexandriæ, quod est interuallum ultra dies 365. ab una reuersione Solis in idem Zodiaci punctum usq; ad alteram reuersiōnem ibidem, videlicet à die 13. Septembris anni veteris Iuliani, & hor. 0.8'. p.m. Deuenitur ad punctum Aequinoctij autumnalis anni 1640. Bissextilis, quod fuit die 12. Septembris pariter anni veteris Iuliani hor. 6. 41'. p.m. & additis diei 12. Septembris dd. diebus 15. qui effluxerunt spatio annorum 1800. deuenitur ad diem 27. Septembris & horas 6. 41'. p.m. & sic prope horam quoque dicti primi Aequinoctij autumnalis in qua Hipparchus obseruauit. Per ademptionem enim hor. 5.49'. singulis annis ab Aequinoctijs praesentibus, & per additionem earumdem horarum 5. 49'. factam Aequinoctijs priscis precedentibus tā ab Hipparcho, alijsq; obseruatis, quam non obseruatis, elucescit veritas puncti Aequinoctiorum tum precedentium, & præteriorum, tum sequentium, & futurorum, quia distanta, seu interuallum ab una reuersione Solis in idem Zodiaci punctum, usque ad alteram reuersionem eiusdem Solis ibidem, scilicet ab uno Aequinoctio autumnali ad alterum Aequinoctium pariter autumnale secundum Hipparchum, & Ptolemæum erat per quartam diei partem ferè; sed præcisè est horarum 5. 48'.

Circa Aequinoctia autem Vernalia, in quibus pariter procedit d. additio diecum 15. in spatio annorum 1800. ab obseruationibus annorum Christi 1640. circiter, retrocedendo usque ad obseruationes annorum ante Christi Epochā 161. circiter; si tempori Aequinoctij ver-

nalis anni ab Epochā Christi visitata. 1647. tertij post bissextilem, quod fuit Vraniburgi secundum Tyconicha æquinoctia ab obseruationibus Tyconis sumpta, die 10. Martij anni Iuliani hor. 2. 56'. p.m. vt notat Leuera in Prodromo cap. 12. pag. 281. & in Alexandria ob differentiam meridianorum fuit hor. 4.31'. p. m. si addantur dies 15. qui preterierunt ab hoc Aequinoctio Veris an. Christi 1647. usque ad æquinoctium Veris priscum anni 154. ante Epocham Christi tertij pariter post bissextilem, vide. licet spatio annorum 1800. expletorum; Illico apparebit priscum illud æquinoctium verè fuisse die 25. Martij hor. 4. 31'. ferè p. m. in Alexandria. Quod autem hoc priscum Aequinoctium Veris fuerit eadem die, confirmatur per obseruationem à Ricciolo factam eodem anno Christi 1647. d. Aequinoctij Veris Bononię die 10. Martij anni Iuliani hor. 5. 56'. p. m. quod differt tribus horis tardius ab eodem Aequinoctio Veris secundum Tyconicas obseruationes, & ob differentiam hor. 1. 43'. meridianorum fuit die 10. Martij hor. 7. 39'. p. m. in Alexandria, nam si addantur dicti dies 15. qui preterierunt ab hoc æquinoctio Veris anni 1647. usque ad d. priscum æquinoctium Veris d. anni 154. ante Christi Epocham pariter tertij post bissextilem, videlicet spatio annorum 1800. Illico apparent d. priscum Aequinoctium Veris fuisse die 25. Martij hor. 7. 39'. p.m. in Alexandria, sed horis tribus circiter tardius, & ideo quia hæc tarditas trium horarum circiter supradictos dies 15. qui preterierunt in dictis annis 1800. est excessiva, sine dubio potius imperfectioni obseruationis Riccioli, quam obseruationum Tychonis adscribenda est.

Insuper si tempori Aequinoctij Veris anni Christi 1655. qui fuit octauus à dicto anno 1647. & pariter tertius post bissextilem, cuius Aequinoctij Veris tempus incidit die 10. Martij anni Iuliani hor. 1. 21'. p.m. Vraniburgi, sec. obseruationes à Tychone deductas, sed in Alexandria ob differentiam meridianorum fuit

fuit hor. 2. 56'. p. m. Si addantur dies 15. qui præterierunt ab hoc Aequinoct. Veris anni Christi 1655. vsque ad Aequinoctium Veris anni ante Christi Epocham visitatam 146. pariter tertij post bissextilem, videlicet spatio annorum 1800. expletorum, statim apparet illud priscum Aequinoctium Veris ab Hipparcho primo obseruatum d. anno ante Christi Epocham visitatam 146. & anno 178. ab obitu Alexandri in meridie circiter, ut supra visum est, fuisse die 25. Martij hor. 2. 56'. p. m. in Alexandria. Ergo minimè fuit die 24. Martij ut perperam notant Cronologi moderni, inter quos Ricciolus in sua Cronologia reformata; nam si fuisset die 24. Martij non præteriissent dies 15. à dicta obseruatione prisca ad alteram modernam, quod est falsum, ut hactenus visum est.

Quod autem hoc priscum Aequinoctium Veris primum ab Hipparcho obseruatum, fuerit d. die 25. Martij, & per alias horas etiam post meridiem, elicetur à predicta obseruatione Riccioli dicto anno 1647. die 10. Martij anni Iuliani h. 5.56'. p.m. Bonon. & ob differentiam merid. h. 7.39'. p.m. in Alexandria, quia cum per additionem hor. 5. 49'. factam Aequinoctijs præsentibus, ut dictū est, elucescat veritas Aequinoctiorum, successuē sequentium & futurorum; Si addantur octo vicibus hor. 5. 49'. diei, & horis, ac minutis Aequinoctij Veris d. anni Christi 1647. quot intersunt anni à dicto anno 1647. vsque ad d. annum Christi 1655. fit tempus Aequinoctij Veris d. anni 1655. die 10. Martij anni Iuliani hor. 6. 10'. p.m. in Alexandria. Si igitur addantur dd. dies 15. huic temporis Aequinoctij Veris, qui effluxerunt ab hoc Aequinoctio Veris vsque ad d. Aequinoctium priscum Veris primo obseruatum ab Hipparcho dicto anno 146. ante Epocham Christi, & 178. ab obitu Alexandri, spatio annorum 1800. quod fuit circ. merid. ut visum est; fit tēpus d. Aequinoctij veris die 25. Mart. h. 6. 10'. p.m. elicitum à d. obseruatione Riccioli an. 1647. & sic sex hor. tardius illo Aequinoctio ab Hyparcho obseruato, quæ ex-

cessuitas aliquarum horarum tardius imperfectioni huius obseruationis Riccioli sine dubio ascribenda est.

Denique sit evidentior veritas anni, mensis, dici, & horarum d. obseruationum Hypparchi autumnaliū, & vernalium per anticipationem dierum 15. exacte, nam si assumatur Aequinoctium autumnale à Cassino obseruatum anno 1655. tertio post Bissextilem die 12. Septembris anni Iuliani hor. 18.55'. p.m. Bononiæ, & redactum ad meridianum Alexandriæ hor. 20.38'. p.m. & conferatur cum prisco Aequinoctio autumnali ei præcedente per annos 1800. & sic cū illo quinto ab Hipparcho obseruato anno 146. ante Epocham Christi, & 178. ab obitu Alexandri, pariter tertio post Bissextilem, quod fuit die 27. Septembris de mane, videlicet hor. 18. circiter post meridiem, ut supra demonstratum est etiam ex Leuera in Prodromo cap. 3. pag. 104. & ex Tabula 34. Aequinoctiorum; & ideo si addantur dies 15. qui effluxerunt à dicto Aequinoctio autumnali Cassini vsq; ad hoc priscum Aequinoctium autumnale quintum ab Hipparcho obseruatum, fit tēpus d. Aequinoctij die 27. Septembris h. 20. 38'. p.m. admodum prope horam, ne dum diem obseruationis Hipparchi, quia non datur excessus nisi duarum circiter horarum à dd. diebus 15. anticipationis.

Similiter cum Aequinoctium Veris anni Bissextilis 1656. fuerit à Cassino obseruatum die 9. Martij anni Iuliani hor. 9. 50'. p.m. Bononiæ, sed in meridiano Alexandriæ hor. 1. 43'. tardius, & sic hor. 11.33'. p.m. Si conferatur cū Aequinoctio Veris ei præcedente per annos 1800. quod fuit anno 145. ante Epocham Christi visitatam post Aequinoctium Veris sequens immediate post illud Aequinoctium pariter Veris ab Hipparcho obseruatum anno 146. ante Epocham Christi visitatam, & anno 178. ab obitu Alexandri, de quo modo dictum est; Quod Aequinoctium Veris anni 145. ante Epocham Christi Bissextilis, fuit 6. horis tere tardius Aequinoctio Veris ei præcedente ab Hipparcho obseruato in

in dicto anno 146 ante Epocham Christi, & 178. ab obitu Alex andri, & sic die 24. Martij hor. 6. circiter p.m. quia illud ei præcedens fuit obseruatum in meridie fere, & ideo si addantur dies 15. qui effluxerunt à dicto prisco Aequinoctio Veris vsq; ad hoc Aequinoctium Veris à Cassino obseruatum anno 1656. fit tempus talis Aequinoctij Veris vetusti anni 145. ante Epocham Christi die 24. Martij hor. 11. 33'. p.m. & sic hor. 5. circiter tardius: Perperam autem tempus huius Aequinoctij excedit in horis prædictis quinq; circiter dictos dies 15. anticipationis debitæ inter hæc duo Aequinoctia Veris, videlicet altero prisco, altero moderno per spatium annorum 1800. propter non exquisitam Cassini obseruationem huius Aequinoctij Veris anni 1656. veluti fit notius si conferatur hoc idem Aequinoctiū priscum Veris sequens post alterum Aequinoctiū pariter Veris ab Hipparcho obseruatum in meridie fere diei 25. Martij, tertij post Bissextilem, quod ut dictum est, incidit ad rationem præcedentis obseruationis Hipparchi die 24. Martij Bissextilis h. 6. circiter p.m. Si conferatur inquam cum Aequinoctio Veris eiusdem anni 1656. pariter Bissextilis, deducto ab obseruationibus Tyconis, quod fuit die 9. Martij anni Iuliani hor. 7.9'. p.m. Vraniburgi, sed in Alexandria hor. 8.44'. p.m. ac proinde spatio annorum 1800. post dies 15. cum excessu hor. 3. circiter; si itaque addantur dicti dies 15. d. diei 9. Martij, fit tempus talis Aequinoctij Veris de tempore Hipparchi, die 24. Martij hor. 8.44'. p.m. & sic horis 3. circiter tantum tardius Aequinoctio prædicto prisco, que tarditas potius imperfectioni obseruationum Hipparchi, quam obseruationum Tyconis ascribenda, & adhuc magis excessus, seu tarditas quinque horarum circiter Cassini in hoc eodem Aequinoctio Veris, ascribēda est imperfecti suæ obseruationis.

Quod igitur singulis annis 120. Solaribus debeatur præcisè dies unus 24. horarum anticipationis Aequinoctiorum in anno Civili Iuliano, non solum per-

spicuum est ex hactenus deductis collationibus, & comparationibus priscarū, & modernarum obseruationum inuicem Hipparchi cum Tyconis, ac etiam Riccioli, & Cassini obseruationibus autumnalibus, sed etiam à collationibus, & considerationibus aliarum priscarum obseruationum inuicem, & cum modernis, ac recentioribus; nam ab obseruatione Aequinoctij Veris facta à Ptolemaeo anno Christi 140. Bissextili, que fuit die 22. Martij hor. 1. ferè p.m. in Alexandria vsq; ad obseruationem pariter Aequinoctij Veris à Tycone factā anno Christi 1580. pariter bisextili, que fuit die 9. Martij hor. 22. 21'. p.m. Vraniburgi & redacta, ad meridianum Alexandriæ per additionem hor. 1. 35'. fuit hor. 23. 56'. p.m. Cum inter has duas obseruationes facta fit anticipatio dierum 12. exactè ferè in anno Civili Iuliano; Idque spatio annorum 1440, qui anni sunt duodecim vicibus præcisè an. 120. Ergo singulis annis 120. solaribus debetur præcisè dies unus anticipationis Aequinoctiorū in anno Civili Iuliano. Insuper cum a dicta prima obseruatione Aequinoctij autumnalis ab Hipparcho facta ante Christi Epocham usitatam an. 161. bissextili die 27. Septemb. apud occasum Solis, videlicet hor. 6. cir. p.m. usque ad dictum Aequinoctium pariter autumnale ex Tyconis obseruationibus exactissimè deductū anni Christi 1640. bissextilis die 12. Septembris anni Iuliani hor. 6. 26'. p.m. redactum ad meridianum Alexandriæ per additionem, ut supra hor. 1. 35'. facta sit anticipatio dierum 15. præcisè ferè, ut visum est, ex quo inter ambas obseruationes effluxerunt anni 1800. qui anni sunt 15. vicibus præcisè anni 120. ergo singulis annis 120. solaribus debetur exactè dies unus anticipationis in anno Civili Iuliano.

Cum itaque, ut visum est, singulis 120. annis solaribus debeatur dies unus exactè, quia tunc tantum Sol reddit unico, eodemque temporis momento in idem Zodiaci, & cuiuslibet dati horizontis punctum, veluti redierat anno 120. pro-

proxime præcedente. Hinc consequitur, ut per Regulam aurēā proportionalem innoteſcant non ſolum dies, ſed etiam horæ cuiuſcumq; anticipationis in qua libet multitudine annorum, ac proinde cum ab obſeruationib; Aequinoctij autumnalis, & Aequinoctij Veris à Ptolemaeo factis anno Epochæ Chriſti viſitatae 139. & anno 462. ab obitu Alexandri viſque ad illas Aequinoctij Autumnalis, & Veris Hipparchi, retrocedendo ad annos ante Chriſti Epocham 146. & ab obitu Alexandri 178. effluxerint anni 284 conſequitur, ut anticiptatio Aequinoctiorum fuerit per dies duos, & horas 8o, & minuta 48'. præcife licet Scaliger in lib. 4. de emend. temp. pag. 192. & 193. exiſtimauerit in annis 285. debuisse eſſe dñorum dierum, & h. 5. vt refert Lennera in Prodromo cap. 3 pag. 103. Præterea additis Aequinoctio Veris Ptolemaei d. anni 139. à Chriſti Epocham, quod fuit die 22. Martij hor. 19. 8'. p. m. dd. duobus diebus, & hor. 8. 48'. fuit Aequinoctium Veris ab Hipparcho obſeruatum dicto anno 146. ante Chriſti Epocham, & 178. ab obitu Alexandri, & tertio post Bifextilem die 25. Martij hor. 3. 56'. p. m. & additis ſequenti Aequinoctio Veris Ptolemaei anni Chriſti 140. quod fuit die 22. Martij hor. 1. fere p. m. dd. duobus diebus, & horis 9. quia fuit annus 285. ab Aequinoctio Veris ſequenti d. obſeruatione Hipparchi, ac proinde anno 145. ante Chriſti Epocham, & 179. ab obitu Alexandri, & pariter bifextili, incidit Aequinoctium Veris huius anni ſequentis post d. Hipparchi pariter Veris obſeruatione die 24. Martij hor. 9. 44'. circiter p. m. Iste autem defectus hor. 5. fere citius etiam in dicto Aequinoctio Veris ab Hipparcho obſeruato in dicto anno 146. ante Chriſtiū, & ab obitu Alexandri 178. ascribendus potius eſt Hipparcho quam Ptolemaeo, quia anticiptatio dierum, quæ exiſtit ab Aequinoctijs Veris à Tycone obſeruatis ad Aequinoctium Veris Ptolemaei, concordat exquife ad rationem vnius diei in ſingulis anni 120. Solariibus.

Similiter cum ab Aequinoctio autumnali à Ptolemaeo obſeruato dicto anno 139. à Chriſti Epocham viſitata, & tertio post bifeſtilem, quod fuit die 25. Sept. hor. 1. poſt ortum, Solis nempe hor. 19. poſt merid. d. diei 25. Septemb. ut ſupra demonstratum eſt; Retrocedendo viſque ad Aequinoctium autumnale anni 146. ante Chriſti Epocham, & anni 178. ab obitu Alexandri, tertij pariter poſt bifeſtilem, ab Hipparcho obſeruatum dic 27. Septembris hor. 18. circiter p. m. Sed ſecundum Ptolemaeum in meridi, ac proinde die 28. Septemb. ut etiam ſupra demonstratum eſt; Cum preterierint anni 284. quibus debentur, ut dictum eſt, dies duo, & horæ 8. 48'. ad rationem anticiptationis vnius diei ſingulis anni 120. Idco dd. duobus diebus, & horis 8. 48'. additis d. diei 25. Septembris h. 19. p. m. incidit hoc Aequinoctium autumnale ab Hipparcho obſeruatum die 28. Septembris hor. 3. 48'. p. m. Iste autem excessus quinque horarum fere à tem- pore notato à Ptolemaeo huius Aequinoctij autumnalis Hipparchi, partim ad- ſcribendus eſt obſeruationi Hipparchi, & partim obſeruationi Ptolemaei; Nam hoc Aequinoctium autumnale Hipparchi cœleſte verum fuit tribus horis cir- citer ante meridiem, nempe die 27. Sept. hor. 21. 25'. p. m. veluti ſupra viſum eſt, & d. Aequinoctiū autumnale Ptolemaei fuit die 25. Septembris hor. 12. 37'. p. m. ut pariter ſupra viſum eſt; cui tempori additis dd. duobus diebus, & hor. 8. 48'. fit punctū cœleſte dicti Aequinoctij au- tumnalis Hipparchi die 27. Septembris hor. 21. 25'. p. m. ut dictum eſt ſuperius.

Præterea ex deductis conſequitur, quod cum ab Aequinoctio autumnali à Ricciolo obſeruato anno Chriſti 1643. tertio poſt bifeſtilem die 12. Septembris anni Iuliani hor. 22. 25'. p. m. Bononiæ, tamquam veritati proximiore, quam illud ab eodem obſeruatum anno 1646. Retrocedendo viſque ad Aequinoctium pariter autumnale anni Chriſti 1583. tertij pariter poſt bifeſtilem à Ticone obſeruatum die 12. Septembris hor. 10. 15'. p. m. Vraniburgi, & reda-

H. Etum

etum ad meridianum Bononiæ, hor. 10. 7'. p.m. Effluxerint anni 60. quibus ad rationem anticipationis vnius diei, seu 24. horarum singulis 120. annis Solaribus, debetur medietas diei, nimirum hor. 12. necessario præterierunt horæ 12. exactè, sed quia ab una obseruatione ad alteram apparet effluxisse horas 12. & minuta 18. Iste excessus 18. minutorum temporis ascribendus potius est obseruationi Riccioli, quam Tychoni longè magis experto in obseruando, quam ipse Ricciolus.

Similiter cum ab Æquinoctio Autunnali à Cassino obseruato anno Christi 1655. die 12. Septembris anni Iuliani hor. 18. 55'. p.m. Bononiæ tertio post bissextilē; Retrocedendo usque ad Æquinoctium autumnale anni 1595. pariter tertij post bissextilem, quod secundum Tyconica Æquinoctia ex ipsius Tyconis obseruationibus deducta, fuit die 13. Septembris anni Iuliani hor. 7. 51'. p.m. Vraniburgi, & redactum ad meridianū Bononiæ fuit hor. 6. 43'. p.m. Cum præterierint anni 60. quibus debetur medietas diei, nempe horæ 12. præcisè ad rationem anticipationis vnius dici singulis 120. annis; Necessario præterire debuerunt hor. 12. præcisè, sed quia ab una obseruatione ad alteram constat effluxisse horas 12. 48'. Iste excessus 48. minutorum temporis ascribendus certe est potius obseruationi Cassini, quam Tyconis longè magis experti, & periti in obseruando, quam Cassinus.

Similia dicenda sunt de Æquinoctijs Vernalibus longè imperfectius obseruatis à Ricciolo, & Cassino propter debitas Refractiones Vernales in Horizonte Bononiensi ab eis incomptas, quæ generaliter ubique terrarum exuperant refractiones autumnales: Etenim cum ab Æquinoctio Vernali à Ricciolo obseruato anno Christi 1647. tertio post bissextilem die 10. Martij anni Iuliani hor. 5. 56'. p.m. Bononiæ: Retrocedendo usque ad Æquinoctium Vernalē anni Christi 1587. pariter tertij post bissextilem à Tycone obseruatū die 10. Martij anni Iuliani hor. 14. 56'. p.m. & reda-

ctum ad meridianū Bononię hor. 14.48. p.m. effluxerint anni 60. Evidem quē admodum inter obseruationes autunnales præterierunt anni 60. & consequenter horæ 12. præcisè; ita quoque debuerunt præterire inter has obseruationes Vernales hor. 12. præcisè, secus autem hor. 8. 52'. Iste namque enormis defectus trium horarum & 8. minutorum ad dū. horas usque 12. ascribendus procul dubio est obseruationi Riccioli, non autem obseruationi Tyconis, & eo magis quoniam pro Tyconis obseruationib. vernalibus adsum in testimonium obseruationes Æquinoctij Veris Ptolemæi, atq; etiā Hipparchi, ut supra præclare visu est, qui testes sunt omni exceptione maiores.

Similiter cū ab Æquinoctio Vernali à Cassino obseruato anno 1656. bissextili die 9. Martij anni Iuliani hor. 9. 50'. p.m. Bononię; Retrocedendo usque ad Æquinoctium Vernalē anni Christi 1596. pariter bissextili, quod secundum Tyconicas obseruationes fuit die 9. Martij anni Iuliani hor. 19. 9'. p.m. & redactum ad meridianum Bononię fuit h. 19. 1'. p.m. effluxerint anni 60. quibus, ut visum est, debetur medietas diei, scilicet hor. 12. exactè ad rationem anticipationis vnius dici singulis 120 annis; Necesse præterire debuerunt hor. 12. præcisè, secus autem hor. 9. 11'. Iste enim defectus trium horarum ferè usque ad dū. horas 12. ascribendus sine dubio est obseruationi Cassini, non autem obseruationi Tyconicæ, & eo magis cum pro obseruationibus Vernalibus Tyconis ad sint obseruationes Æquinoctiorum Veris Ptolemæi, & Hipparchi, ut dictū est, qui testes sunt fermè contestes, & omni exceptione maximi.

Hic autem annus insignis ex 120. annis Solaribus constans, qui merito dicitur maximus, præclarè confirmatur per Tabulas mediorū motuum Solis, & Apogæi Solaris in Prodromo Leueræ cap. 11. 12. & 13. quæ nisi essent verissimè tām ad minutum cuiuslibet quæsiti temporis; quam cuiuslibet quæsiti motus, minimè prestare valerent quæcumque loca Solis in quolibet ævo quæsita, veluti

veluti exactissimè semper præstant ad minutum usque tum temporis, tum motus, ut patet per plurima exempla exhibita in dicto cap. 12. & 13. Sed errore forent per plures gradus, & dies in consignandis motibus solaribus, locisque solis omnibus per Zodiacū quæsitis, & semper enormius, quo vetustiora forent loca solis quæsita, veluti sunt omnes Tabulæ aliorum omnium Astronomorum, qui nec anni Cœlestis magnitudinem veram, nec motum Apogæi solaris explorarunt, neque per proprias obseruationes explorare vñquā poterit ullus mortalium propter vitæ curriculi breuitatem. Et quoniam annus maximus solaris esse non potest nisi 120. annorum, quia anni Cœlestis magnitudo vera non est nisi 365. dierum, & hor. 5. 48. Ideo omnes alij anni maximi solares 133. annorum, & 130. & 127. annorum, sunt erronei, quia conflantur ab anni magnitudine grandiori, quam reuera sit; Et dato anno grandiori, ut dictum est, per minutum vnum temporis, fit necessariò minor anticipatio Aequinoctiorum post annos 1800. in minutis temporis 1800. quæ important horas 30. nempe diem vnum, & horas insuper sex, quia solis motus per Zodiacum eo casu fit, & supponitur tardior, quam verè sit, & è contra dato anno breuiore per minutum vnum temporis, fit necessario maior anticipatio dierum per diē vnum, & horas insuper sex, quia solis motus per Zodiacum eo casu fit, & est velocior; Et ideo hinc sequitur, ut Tabulæ omnes mediorum motuum solis quorumcumque Astronomorum existimantium grandiorem anni magitudinem, quam reuera sit per minutum vnu nempe dierum 365. hor. 5. 49. & non 48. inter quos est Cassinus, & ferè Ricciolus, motum solis per Zodiacum in annis 1800. præsent tardiorum per gradum vnum, & 15. minuta, quam verè sit; ac proinde etiam consequitur, ut eo casu anticipatio dierum sit minor per diem vnum, & h. 6. circ. quam reuera sit, & proinde cum debeat esse dierum 15. vix sit dier. 14. ut supra dictū, & visū est.

Et denique quod annus maximus solaris debeat esse 120. annorum, ex suprabundanti probat Leuera in Prodromo cap. 4. per totum, pluribus demonstrationibus Arithmeticis inuincibilibus, & in cap. 14. vbi triplicem motuum solariū reuolutionem hactenus nō compertam Reipublicæ Literariæ pandit ad præclaras vtilitates in Medicina, & Astrologia naturali; ac permissa; & tandem in cap. 17. de Stellis fixis, vbi nexus, & colligantium inter annum Tropicum, & Sidereum medullitus explorat, & inuincibiliter demonstrat.

Ab his igitur vltimis examinibus plene visum fuit Leueram nec incidisse, ut supponebat Ricciolus in errores, nec in hallucinationes Chronologicas motuum, neque temporum motuum solarium in configando suo tempori obseruationes Hipparchi, & Ptolemæi, vide licet non solum annis, sed etiam diebus, & horis, in quibus verè factæ fuerunt, & in quibus Aequinoctia verè illo æuo contigerunt.

Insuper vidimus Tabulas tām medijs motus Solis, quām annorum maximorum solarium à Leuera exploratorū, exhibentes positus, locaque Solis diurna in quolibet æuo tanquā consentientes non modo cū positibus omnibus Solis à Tycone obseruatis, sed etiam cum positibus Solis obseruatis ab Hipparc. & Ptolemæo, alijsq; Astronomis insignibus omnium seculorum, atque etiam fere positui autumnali Solis anni 1643. à Ricciolo diligentius obseruato, esse incomparabiliter acceptabiliores cunctis aliorum Tabulis enormiter dissentientibus à positibus Solis obseruatis à dd. omnibus priscis, & modernis Astronomis; & propter huiusmodi Consensum, & Colligantium totius doctrinæ motuum solarium in Prodromo descriptæ cum obseruationibus, & doctrina dd. probatissimorum Astronomorum omnium, procul dubio standum esse magnitudini anni Cœlestis à Leuera propositæ, & luculenter demonstratae in toto suo Prodromo, donec contrariū inuincibiliter probetur.

H 2

Sax.

BIBLIOTECA
DEL
MUSEO NACIONAL DE LA CIENCIA

Sau. Contrarium probari nunquam poterit contra demonstratam pluribus probationibus, exemplis, & experimentis d. magnitudinem anni cœlestis, quia veritas yna tantum existit, & vni- ca tantum anni cœlestis magnitudo ve- rā phisice dari potest.

Merc. Ergo concludendum est motus omnes solares sumptos à quibuscumq; Astronomis cum qualibet anni cœlestis magnitudine diuersa ab ista Leueræ, semper fuisse, & futuros esse erroneos, & simul cum ijsdem motibus Epochas, & Tabulas mediorum motuum Solis, atque Ephemerides exinde ad quælibet secula elaboratas.

Sau. Mihi videtur satis nos dixisse circa obseruationes, & Chronologiam, super quibus in suis Epistolis Ricciolus, & Cassinus præcipue suam fundarunt intentionem contra Tyconem, & Leueram; remanent ea quæ Cassinus in Calce suæ Epistolæ indicat potius, vt ait, quam persequatur, contra Leueræ Prodromum.

Merc. Sunt nonnullæ prætensiæ repugnatiæ, & contrarietates, quas expi- scasse arbitratur Cassinus in Prodromo Leueræ.

Sau. Pro certo habeo, quod sicut enor- miter hallucinatus est cum Ricciolo in suis proprijs obseruationibus, & docu- mentis cum tanto fastu, & spretu alio- rum promulgatis, ambo ascribentes Le- ueræ discrepantia, & contraria in Epo- chis, & Chronologia, quæ ex ipsorum, non ex Leueræ Priuilegio sunt; Ita mul- to magis hallucinabitur cum Ricciolo in alienis obseruationibus, & traditioni- bus, ac doctrina Leueræ persequenda.

Merc. Iam cerno prætensiæ in Pro- dromo Leueræ repugnias per Cassi- num asseri, minimè autem probari, imò nec se explicare vbi reuera consistunt. Primo enim non declarat Cassinus, quid intendat impugnare circa quotidianas, & annuas primi Mobilis, & Solis reuo- lutiones, & an hæc ab ipso prætensa, repugnancia sit destructiva doctrinæ con- tentæ in cap. 5. præfationis Prodromi Leueræ vbi de Causis primis phisicis tē-

porum, nempè dicrum, & annorum: Ideò nisi se declaret, & proponat ob- jectiones, & argumenta in forma pro- banti, nullo modo ei potest responderi.

Secundo circa anni magnitudinem, à Leuera exploratam, exhibeat, & de- monstret ab ipso prætensum Logicum circulum, alias eius assertio vana est, nihil prorsus ponens in esse, quod aper- tum fit legenti capitula. 3. & 4. & 12. & 13. Prodromi, in quibus plene de- monstratur anni Cœlestis vera magni- tudo,

Tertio repugnantiam à Cassino præ- tensam circa moram Solis, nullum ha- bere fundamentum, perspicuum pariter est legenti, & intelligenti cap. 5. & 6. & cap. 9. à pag. 210. Prodromi Leuera, nam Cassinus existimat eamdem esse moram, & annum, ac proinde cum an- nus sit secundum Leueram dierum 365, & hor. 5. 48'. ideo medianam Solis moram inquit esse debere dierum 182. & h. 14. 54'. quæ est anni medietas; At mora So- lis, de qua loquitur Leuera non est mora Solis indifferenter per totum Zodiacū, sed est mora Solis in semicirculo Zodiaci boreali, incipiendo ab Y per 69. usq; ad Ω & in altero semicirculo Zodiaci Australi, dato initio à Ω per 36usq; ad Y. quæ triplex est, maxima dierum 186. & horarum 18.46'. & media dierum 184. & horarum 16.45'. & minima die- rum 178. & horarum 11.2'. & hæc tri- plex mora non nisi post quamplurima secula fit sensibiliter mutabilis in semi- circulo Zodiaci Boreali ad Australem, & ab Australi ad Borealem.

Quarto obijcit Cassinus, quod medios Solis motus, ad Aequationum varieta- tem, variat Leuera, cum tamen, inquit fateatur eos esse perpetuo æquales, sub- dens, ex quo fonte quid proueniat cal- culis facile perspectu est; & quidem hæc obiectio est friuola, & nihil con- cludens, quia ex calculo 70. locorum solis quamplurium seculorum per Ta- bulas mediorum motuum solis Prodromi Leueræ in cap. 13. præclase constat quibuscumque Calculatoribus, quam exquisita sit eorum præcisio, & Calcu- lis.

Ius. Insuper hæc obiectione non subsistit, quia Leuera nunquam euariat medios motus solis ad variationem æquationum, vt videre est in d. 70. exemplis, seu supputationibus in toto suo Prodromo motuum, & posituum solis à sex millibus abhinc annis, sed firmiter concludit perpetuo inuariabile esse motum solis medium, vt legitur in cap. 9. eiusdem Prodromi pag. 221. Si intendit igitur Cassinus aliquid obiecere, exponat arguenda in forma, vt ei possit respondendo satisficeri.

Sau. Obiectum potius erat Leueram male variare medios solis motus ad æquationum variationem, cum ex datis à Leuera, medijs motus solis sint perpetuo inuariabiles, non autem dicere perpetuo æquales; quis enim in Astronomia etiam ruditer initiatuſ dubitare potest, an medius motus solis sit perpetuo æqualis, cum idcirco dicatur medius, quia perpetuo est inter tardum, & velocem ipsius solis motum medius; At plures dubitarunt, an medius motus solis sit inuariabilis, videlicet nunquam velocior, nec tardior.

Merc. denique circa 6. obiectionem, nempe circa Tabulam æquationum solis cōuersam in tempus; duplex est dicta Tabula, non vna. Prima est totius eccentricitatis solaris extensa in cap. 6. Prodromi pag. 175. Secunda est partium d. Eccentricitatis solaris extensa in pag. 178. Prima Tabula est pro inuestiganda diuersitate moræ solis in utroque semicirculo Zodiaci Boreali, & Australi in quibuscumque distantissimis seculis, Secunda Tabula est pro indaganda differentia temporis ingressum solis in punctis Aequinoctiorum, quam importat mutatio, ac proinde differentia æquationis Centri solis, quæ facta est ab aliquo dato seculo vetusto usque ad praesens seculum in dictis punctis Aequinoctiorum, proueniens à motu, & positu Apogæi solaris dicti vetusti, & praesentis seculi, eiusque Apogæi subtractionibus ab eadem longitudine media solis, quæ debetur tam dicto loco solis vetusto, quam eidem loco solis praesentis se-

culi in punctis Aequinoctiorum secundum radicem, seu Epocham primam, mediorum motuum solis, vt docet Leuera in ysu, & exemplis dictæ Tabulæ secundæ pag. 178. & in cap. 9, pag. 208. cuius secunde Tabulæ usus quotidianus est in singulis supputationibus locorum solis, vt patet in cap. 13. vbi nulla fit supputatio solis multo ante, vel post Epocham primam anni 1588. nisi adhibetur dicta differentia æquationis Cœtri solis, ideo non delitescit illius usus, nisi illum negligentibus; usus autem primæ Tabulæ est rarius, quia solis Apogæum est lentissimi motus, & tardissime ingreditur in noua signa Zodiaci; eius tamen usus non solum exemplis explicatur in dicta pag. 177. Col. prima, sed fusi supra in eodem cap. 6. à pag. 165. Typographus sane debuisset harū Tabularū usum ante ipsas Tabulas imprimere, & non interponere, vt clarior fieret Lectoribus, sed hæc interpositio eorumdem Lectorum prudentiæ commissa fuit.

Pauci nascuntur Hipparchi, pauciores Ptolemaei, & pauci Tycones, quibus non solum datum à natura sit sublimè ingenium, & ingens, & purus amor veritatis, & laboris, & qui solo veritatis amore totam vitam, omnemque substantiam indefesso spiritu, & nunquam interrupto, sed assiduo, & constanti studio, labore, & conatu libentissime expenderint, spretis cunctis alijs magisterijs, cunctisque honoribus, officijs, lucris, & vita commodis diuertere valentibus à dulcissimis hisce studijs Astronomiæ; & quanto magis prompti sunt ad sese corrigerendum ob solum veritatis amorem, eo difficiliores sunt in recedendo à traditionibus Prædecessorum suorum, vt Ptolemaeus ab illis Hipparchi, & Copernicus ab utrisque, & Tyco ab omnibus, nam pro certo habentes documenta, ac traditiones eorum à vera, & sola dilectione veritatis emanasse, ijs vix unquam repugnare ausi sunt, nisi ab ipsa veritate tandem edocti fuerint, vt late vide re est ex eorum libris.

Sau. Profecto nec spretus, nec laudes

des Riccioli, & Cassini quidquam valent erga, vel contra Ptolemæum, Tyconem, & reliquos, nam nulla ipsorum laude indigent, quia opera eorum præclare ipsos iam diu laudarunt, & illustrarunt, & in æternum celebratura sunt; Si vero Astronomorum prædecessorum, Patrumque suorum observationes, traditiones, & doctrinam longæuis studijs, & laboribus maximis, & sumptibus inextimabilibus comparatam, & successiuè quasi per manus traditam, & in hæreditatem eis quoq; relictam spernunt, & contemnunt; spretus, & iactura huius hæreditatis, ipsorum est. Itemque si Leueram exhibentem Posteritati veritatis studiosæ dilucidatam hanc Patrum, & prædecessorum nostrorum sublimem, & expetibilissimam doctrinam, apolactizant, & spernunt, deriso, & contemptus in eos redundat; Notissimi namque, & celeberrimi iam sunt in Republica literaria totius ferè orbis terrarum Ptolemæus, & Tyco, & reliqui omnes in Astronomia Principes; Et Leuera, licet nihili se faciat respetuistorum Heroum, est quoque notus ante quam, vel nasceretur Cassinus, vel in Astronomia initiaetur Ricciolus. Nam de Leuera Andreas Argolus testis ocularis hæc scribebat anno 1629. in Ephemeridibus suis Romæ editis in prima parte pag. 263. has difficultates, aliasque vario cum plurimis communicaimus, nullusque nobis visus est medullitus eas, melius, & seniori iudicio enucleare I. V. D. Francisco Leuera Romano, Viro, qui præter Astronomicas, & alias mathematicas disciplinas, quibus cum paucis comparandus est, insignitus, naturalis, & moralis philosophiae intima callebat, moribus suauissimis. Itemque Leo Allacius in suo libro de Viris Illustribus sui seculi, edito anno 1633. hæc pariter scribebat pag. 107.

Franciscus Leuera Romanus edidit Vrbanæ Congregationis per summum Pontificem Vrbanum Octauum approbatæ enucleationem, & eiusdem Congregationis Constitutiones Romæ apud Impressores Camerale annō 1628. in 4.

Epistolam satis prolixā ad Andream Argolum de Latitudinibus, Directionibus, Cœlestibus Domicilijs, & directiōnum mensura, Romæ apud Facciottum anno 1629. in 4.

Scripsit præterea de Beata Ciuitate, Clue, ac Domo, libros tres.

Animaduersiones singulares in libros Politicorum, Ethicorum, & Oeconomicorum Aristotelis.

De motu perpetuo.

Explanatio Veteris, & Nouæ Astrorum disciplinæ, experientia Illustrioris.

De temporibus vniuersalium, & particularium Euentuum, plura recondita, & utillima ad morbosos euentus mendendos, & depellendos.

Hilarius Altobellus in Tabulis Regijs cap. 12. præclaro ingenio præditum applicauit, & Andreas Argolus Astronomicorum lib. 5. cap. 16. vbi de latitudine seruanda in Directionibus de eo dixit, quæ modo supra relata sunt, omissis alijs, quæ ab ipso Leuera sunt edita.

Ex quibus quoque patet, quæ nam studia Astronomiæ fidē mereantur maiorem; An illa Leuera longæua ab anno 1620. postquam Doctoratus Laurea suscepit an. 1618. in Archigymnasio Sapientiæ Almæ Vrbis, an brevia Riccioli ab anno 1643. & interrupta etiam successiæ à studijs Geographiæ, & Cronologiae, alijsque; & an breviora, atque interrupta studia Cassini ab anno 1655.

Merc. Insolens quidem est, & fermè in auditum, quod quis redarguatur de erroribus, quos minime commisit, sed quos cōmiserint Redarguentes ipsi. Leuera non meretur redargutiones, sed singulariter gratā ei debet memoriam vniuersa Posteritas, & liberalium artiū studiosi, nam quæ in prima editione sui Prodromi promisit, hactenus Reipublicæ Literariæ ignota, & incerta, & expectatissima, plene præstauit: Promisit enim, vt legitur in præfatione sui Prodromi pag. 29. quinque nobilissimos motus, eorumque actiones mirificas manifestare, nempe. Primo annuas Solis revolutiones per Zodiacū. Secundo qua-driennales eiusdē Solis reuersiones per

vniuersas cœlorum, & terrarum Regiones. Tertio annum maximum Solarem, eiusque raras reuersiones, & cōsequenter desideratissimam anticipationē diei Aequinoctiorum in anno Civili Iuliano pro inuariabilitate perpetua annorū Cœnū. Quarto motum Apogæi solaris, & cum eo Periodum circularem admirabilem moræ maximæ Solis dierum 8. & horarum ferme 8. singulis annis in semicirculo Zodiaç modo Boreali, modo Australi. Quinto annum Sidereum, ac proinde motū Octauę Spheræ splendide Stellarum fixarum, earumq; Periodum; Insuper vires, & virtutes multiplices earundem fixarum ex multiplici ipsarū positu, nec non virtutes medij motus, positusque medij planetarum omnium; quæ promissa adimpleuit, & locupletissime explicauit, ac demonstrauit in toto suo Prodromo argumentis, probationibus, & demonstrationibus desumptis à peculiarissima philosophia, & mathematicis in supremum gradum certissimis, eorumque omnium insignes utilitates, tam in ipsa Astronomia, nimirum in motibus reliquorum planeta- rum, & stellarum exquisitius rimandis, quam in Astrologia permitta, & in Medicina, & in Nauigatoria latè recensuit in cap. 3. & 4. præfationis dicti Prodro- mi, & in cap. 14. 15. & 16. & in cap. 20. pag. 411. præter alia plura scitu iucunda, & utilia in cœteris Capitulis con- tenta: Itemque promisit, & præstauit nouam methodum, & rationem suppu-

tandi per Tabulas medij motus Solis exquisite ad minutum loca Solis in quo. libet æuo tam præterito, quam futuro, ut legitur in cap. 9. à pag. 205. quæ raccere, ac sub silentio inuoluere, & vice versa anxiè venari errores, si qui sint in toto Prodromo, an ingenuum sit, quis non videt?

Sau. Concludamus igitur scientias, & artes, & disciplinas, casque præser- tim, quæ ab obseruationibus motuum cœlestium pendent, non in vnum hominem, nec in locum vnum inclusas esse, sed disseminatas, & distributas per Orbem vniuersum a Diuino Opifice, ve- luti etiam propensiones, instinctus, dotes, & virtutes mineralium, vegetabilium, & animalium omnium: Et propterea ex diuersis Orbis terrarum Regionibus, vbi germinant, florent, & fructus edunt, desumendas, colligendas, & asportandas esse, & hac ratione, & non alia, ut legitur in ecclesiastico c. 39. *Sapien- tiam omnium Antiquorum exquirit sapiens,* quoniā totius humanæ sapientiæ semina, nō in vna Vrbe, quę totius Vniuersi, vti angustissimum punctum est, reposita la- tent, nec in uno homine inclusa iacent; Et ideo quam errori obnoxium sit, nullam habere rationē sapientiæ Ægyptiorum, Gr̄corum, Germanorum, & om- nium Gentium, & quā inutile sit in solis suis obseruationibus confidere, vnu- quisque facile intelligit.

Mercuri me ama Merc. Sauini Vale.



Errata

in Dialogo

Corrigenda.

Pag.	Col.	Lin.	Errata	Corrigē,
14	2	12	alitudine	altitudine
16	2	34	suo	suo
17	2	45	omes	omnes
24	2	34	morem	moram
			H. M.	H. M.
27	2	7	16.24.	16.34.
54	1	24	h.9.41.	h.6.41.
55	2	2	impræfectioni	imperfectioni
55	2	28	sic	fit

Errata in Prodromo corrigenda, quæ visa non sunt,
nisi post omnem editionem.

Pag.	Col.	Lin.	Errata	Corrigē,
82	2	22	Hercule; Ideo	Hercule Ideo,
163	2	37	moram maximā	moram minimam
311	1	19	quo	quot
			" " v.	" " v.
386	1	7	8.52.8,	8.52.15.
393	1	39	supra	infra

242	In Tab. ann. 25. vbi V 11	vii 1	viii 8
244	In Tab. ann. 86. vbi 11	" 44	" 48
296	In 1. calc. 11	" " 4. 52.	" " 5. 12.
297	Post 1. calc. 11 lin. 4.	die 17. Sept. fig. Gr. 1	die 12. Sept. fig. Gr. 1 "
311	In calc. 11	2. 29. 48.	2. 29. 48. 1. 1.